

Ann. II.

Num. IX.

# VOX URBIS

## DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii *VOX URBIS* possessorem et administratorem  
*ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA*

### Subnotatio fieri potest:

#### IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES

ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

#### IN STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND,

NEW YORK, 148 W 95th St.

#### IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Americ.), 148 W 95th St.

#### IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

#### LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. LIBRAIRIE VIC ET AMAT CHARLES AMAT SUCC.

BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

Rue Victor Hugo, 5

#### IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM

Rue Cassette, II.

#### INSULIS (LILLE)

Rue de Metz, 41.

#### IN HUNGARIA

Apud

C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

### RERUM INDEX

KALENDÆ MAIAE . . . . .	A. Martini.
VAL-DES-BOIS . . . . .	H. D. V. Pieralice.
DE CANORIS NUGIS . . . . .	P. Angelini.
MAIUS IN AGRO, IN TEMPLO . . . . .	Franc. X. Reuss.
SARTOR IUDAÆUS POETA . . . . .	D. Tamlia.
MARIANUS ARMELLINI EIUSQUE SCRIPTA INEDITA . . . . .	<i>Vox Urbis.</i>
DE RITIBUS EXSEQUIARUM IN ANTIQUA ECCLESIA . . . . .	Marianus Armellini.
CAECILIUS RHODES . . . . .	I. Antonelli.
FERREIS AXIBUS STRATAE VIAE PER AFRICAM . . . . .	Scriba.
DE PONTIFICIS " CAPPELLIS " . . . . .	Senior.
FLORALIA . . . . .	A. Costaggini.
EXPRESSI IN HUMANO SERMONE MORES ANIMALIUM . . . . .	X.
SAPIENTUM INVENTA . . . . .	L. M.
EX GALLIA - Victoriae, Anglorum regiae, vitae consuetudo Niceae ad Varum . . . . .	A. Vieillot.
DIVAE FORTUNAE CODEX . . . . .	Laelius.
ANNALES . . . . .	Poplicola.
LIBRORUM RECENSIO.	Digamma.
AENIGMATA . . . . .	

*In secunda operculi pagina:*

PER ORBEM . . . . .	Viator.
VARIA: Semper in mordacem Horatius - Canes bene de humano genere meriti - Novae aurifodinae - Ioci . . . . .	P. d. V.

ROMAE  
EX OFFICINA FORZANI ET SOCII  
M DCCC XCIX

## PER ORBEM

Perutili sane consilio Anglorum reipublicae oblato e superiori meo itinere recessi; iuvat hodie ex Anglia pariter viam aggredi: ibi enim talia inveni, quae memoratu digna, his praesertim anni diebus, profecto occurrerent. De coena loquor, quam rosarum placuit vocare, cuius pretium nihilo minus quam super quinque et septuaginta millia nummorum fuisse dicitur.

Rosae per triclinium omne diffusae, tentoriis undique appensa, sellas, mensas odore complebant; vitrei calices nitebant ad rosae instar effici, ac media in mensa veluti fons erectus erat, ex quo odorata aqua quam Coloniae, Germaniae in urbe, comparant, indesinenter prosiliuit. Profecto hodierni Quirites, ut ipsi sese interdum Angli appellant, nec epularum quidem copia ab antiquis se esse superatos sinunt. Di illos ament!

¶

Lutetias interdum **Oscar Suetiae rex** visitatum petit: dieque mensis aprilis decima octava sollemniter a novo praeside exceptus est: qui regi in *Bristol Hôtel* manenti salutationem restituit. Apud praesidem deinde ad coenam invitatus una cum supremis omnibus rerum administris adfuit, quibus ostendit, se ex producta Galliae mora multum gaudii cepisse. At alibi eadem in urbe, apud vitri officinas in Pantin suburbio sitas, inter italos gallosque opifices **atrox** exorta contentio, quae non sine sanguine, ac vulneratis hinc inde occisisque plurimis, finem obtinuit.

¶

Proximam Belgiam attingens, haud potiora ferme **opificum fata** invenio. Desertio enim carbonis omnes fodinas, quae permultae in regione adnumerantur publicis opibus perutiles, paulatim tenuit, publicorum privatorumque negotiorum magno detimento; iamque per provincias Charleroi, Mons, ac dioecesim Leodiensem nonnisi effosores labore soluti ad decem millia fere usque pervagantur, haud levi ferme publicae quietis periculo; quod ad avertendum, advocati sunt magno numero milites, atque sub signis hoc vel illuc, prout urget necessitas, missi.

¶

Nunquam igitur quominus **infornitia** memorem mihi abstinere liceat?

Haec animo agitabam cum in Calaritana itala civitate intra ferias ad regales coniuges excipiendos instructas, peristylum puellis e collegio quodam stipatum statim corruisse audivi, gerulosque duos, qui forte substarent, ad mortem; ex pueris vero plerasque gravissima vulnera passas. Neque finem malis impositum rursus sum conquestus cum litteras ad nos ab Aloysio Mazzuchi socio missas perlegi, cui viro clarissimo verbum libenter cedo.

¶

**Incendium ad Bormium.** Pridie idus aprilis, hora nona, sacra aera per aerem graviter sonant Bormii, quae est parva civitas ad Stilvii iugi pedes in provincia Sondensi. Statim rumor evulgatur: pagum ad Sancti Antonii in valle Trodolfi sinu ardere. Hominum ingens multitudine et hetaeriae cum instrumento ad ignem compescendum illuc advolant. Tristissima referram! Stupentes, fere omnes casas flammis corruptas vident, quae ad coelum alte surgunt; tanta fuit venti vis in mapalia aedificata ad hiemi suffugium; montes enim utrinque pinis horridi. Malum anteit velocitate remedia; domus totius pagi septuaginta numero corruptae, praeter quin-

que. Aedicula quoque et quae illuc flammis praerepta contulerant, combusta; aera igni liquata. Damnum funera auxerunt. Anus aetate fessa, quae iacebat, infans et puer viribus nitens, misere perierunt; multi homines unctionibus sauci; multae mulieres terrore commotae languent. Vide, ut instans fatum mortales urgeat! In pago ubi ante quatuor dies incolae satis laeti, quia parvo contenti, tranquille secure agebant, modo egestatem, squallorem adspicies, lamenta, gemitus audies.

Quae et quanta duri agricultae, montani pastores sunt passi! quibus et boum pars ignis ardore, aut fumi caligine oppressa. Quingenti homines tecto, annonae, suppellectili carentes, ope aliena indigent!

ψ

At « paulo maiora canamus ». Dum pacis coetus in Batavia indicitur, alterum Lutetis convenit **concilium**, ut **ebrietatis** vitio bellum indiceretur: amentia enim, pluraque crimina haud raro ob vini licorumve abusum dignuntur. Statutum est inde ut *Societas temperantiae*, prout alias iam in more sunt, congregentur, utque in scholis a tam perniciosi vitii damnis sedulo pueros exhortentur, ut sibi caveant. Sed tamen exemplum, credo, est primum praecoribus dandum. Contra, minime idem sensisse eos qui conventus participes fuere apparuit, cum in municipum aedes primum ingressi, oblatis licorum vinorumque libationibus, conatus secunda auspicio deprecata fuerint. Quae in memoriam revocant medicum illum *cognac* potionis perdite deditum, qui cyatho, ut a servi ingluvie servaret, *venenum* inscriperat. At repente quadam die famulum conspicit cyatham pleno ore libantem, clamatque statim: « Heus tu! quid agis miser? Venenum enim bibis ». Cui servus: « Scio equidem, sed cum te mane toxicum haurientem iam vidisse, carissimae domini vitae superesse nolui ».

VIATOR.

## VARIA

## Semper in mordacem Horatius.

Nec penitus a memoria decidit, nec omnes interiere viri, qui tunc iuvenes interfueri his, quae narramus.

Romano Iuri tradendo praeerat in athenaeo romano legis peritus insignis, cui cognomen *Villani*; haec autem apud Italos vox hominem designat non modo rusticum genere, sed insuper quadam conditione naturae simul et vitae ruditibus moribus asperum et inurbanum.

Inter auditores, qui docenti assiduebant, adolescentes erat, cui cognomen *Vassallus*, quae vox in Urbis dialecto ad procacem quempiam indicandum adhibetur, cui perficta frons in agendo et loquendo sit, nullo viris et locis habito obsequio.

Quum igitur *Villanio* iura explicante *Vassallus* proximum discipulum, nulla in magistrum reverentia, alloqueretur, *Villanius* asperioribus verbis ex cathedra coram omnibus loquacem corquit: « ceterum », inquit, cognomini innuens, « non miro ista te facere, nam

Respondent rebus nomina saepe suis ».

*Vassallus* tunc, qui ad magistri verba surrexerat, et ipse magistri cognomen admordens, Horatianum reddidit nihil cunctatus:

*Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim.*

Praeceptor alacritatem ingenii in adolescente admiratus: « Amo te »; inquit, « et amicus mihi

esto; quinimo, si quid valebo auctoritate vel gratia, valebo tibi ».

Dehinc amici facti sunt, et alter alterum familiaritate maxima excoluit.

Anceps adhuc apud memores sententia pendet, uter mirabilior exstiterit, nempe aut adolescens ad responsum singulare paratus, aut in offerenda et praestanda amicitia magister magnanum.

\*

## Canes bene de humano genere meriti.

Kurt-Iohannes, locum centurionis in anglico tenens exercitu, Africano flagrante bello, narrat canes cum speculatoria cohorte dimissos monuisse de adventu hostium tacitissime subrepentium inter herbas illius regionis arborecentes, inter dumeta et sylvas, quamvis intervallum fere chilometricum distarent.

Procedente agmine per nemorosa et abrupta et invia, exploratorum officio bene functos laudat canes, ipsis vigilantes et callidores militibus; praevios, praenuntios, et scrutatores optimos celebrat. Est autem et maius.

Proelio facto, statim inter vulneratos et cadavera discurrebant, et fessis vulnere opportuna ad medendum et ad nutriendum imposita mantis offerebant.

Hinc: sanitarii canes (*sanitaishunde*) appellati, nempe: *cinomedici*.

Aesculapi et Hippocrate, scribenti venia!

\*

## Novae aurifodinae.

In illa Americae regione, quae Colorado dicuntur, si rerum peritis adhibenda fides, incredibile auri vim terra protulit.

Vix, telegrapho monente, rescitum est aurum abesse quinque passuum millia a Canon-City, centum sexaginta a Denver malesuada famae, immo rabies auri turbam hominum fere innumerabile accivit ac convocavit.

Auriferi agri emuntur iam a divitibus Denver, et ditissimus Moffat adivit empturus, ac sibi campus nonnullos quingentis dollarorum millibus comparavit.

In fodina antracitis ad Rat Portage pone Ontario lacum, quae in potestate divitum Anglorum est, inventa fuit vena quarzi auriferi quadragesima pedes alta, lata undecim, unde quidquid eruitur inter trientem et quadrantem auri optimi profert.

Num fodinae, quae sunt in Transvaal, et in Colorado, avaritiam humani generis explent? Dubito.

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

\*

## Loc. i.

Senior iudeus, quem ad requiem suo in opido publicis sumptibus aleretur, princeps inter curatores municipum renunciatus nuper est. Syndicus ergo (hoc enim nomine nunc ad hominem tali munere fungentem utimur designandum), cibilibus morem ritibus et legibus gerens, Titium et Caiam solemnia verba pronuncians matrimoniali iuri addicebat. At, sive assueto verbis ore in sententiis ferendis, sive vagus mente, sive... - ah! mehercule! non scribam quae ad calamum affert italum acetum - solemnia atque, ut ita dicam, sacramentalia verba damnantis iudicis diro superciliosum prosequutus: « Vobis », inquit, « tres sunt reliqui dies, ut a vestra damnatione hac provocetis ».

P. d. V.

In I.  
Lib.

K

I AM paucis  
rum pert  
movet civita  
orbem volun  
unum corpo  
rebus suis co  
animorum co  
exprimerent,  
certum una s  
sua singulari  
dis maiis sta  
rint causae, o  
sapientia ex a  
consecuturum  
sera fortuna i  
ad commune  
sunt multi, iiq  
festum diem  
gandum, quem  
quasi ad sua

Profecto, I  
per vetitum ne  
septimum que  
nore colli mal  
num. Sed qu  
sollemnitas in  
mopere spectan  
in bonum. Qu  
sequi poterit, r  
christianis insti  
Dies festus eni  
paratur, idem  
vites dimicatio  
sapientiae eius  
ponat atque co  
ficia recolenda  
divites eadem  
quaes inter varia  
in corpore dive  
atque ad eiusde  
tudinem adquir  
civitate gemina  
quarum concord  
nino altera alte  
divitiae sine o  
consistere. Con  
certaminis omni  
vel maximae q  
psae sunt. Poss  
moria atque a  
exempla repe

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:  
Lib. 15. M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7  $\frac{1}{2}$ .

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## KALENDAE MAIAE

AM paucis abhinc annis in hac omnium rerum perturbatione, quae diu quidem commovet civitates, haec opificum per universum orbem voluntas fuit magis in dies, veluti in unum corpus, inter se coalescere, quo acrius rebus suis consulerent. Atque ut hanc mutuam animorum consensionem, data occasione, palam exprimerent, nihil potius habuerunt quam diem certum una simul constituere, quo opifices iura sua singulari significatione confirmarent. Kalendas maiis stata sollemnitas. Verum quaenam fuerint causae, omnes plane norunt: nam christiana sapientia ex animis extirpata, illud profecto erat consecuturum, ut infimae sortis homines, in misera fortuna iacentes, bona privatorum per vim ad commune niterentur transferre. Quapropter sunt multi, iisque doctissimi, qui dicant huiusmodi festum diem prorsus inter infaustos esse relegandum, quem homines rerum novarum cupidi quasi ad suas metiendas vires constituerent.

\*

Profecto, Dei opinione labefactata, res ruere per vetitum nefas nemo est, qui non videat, ac nos septimum quemque hebdomadis diem suo honore coli malum, quam diem unum per annum. Sed quum prope sit ut stata opificum sollemnitas in consuetudinem veniat, eo maxime spectandum est, ut consuetudo vertatur in bonum. Quod nullo unquam pacto nemo assequi poterit, nisi altius repetens illud cureret ut christianis institutis animi opificum effingantur. Dies festus enim, qui kalendis maiis celebrandus paratur, idem ex acerrima inter opifices et divites dimicazione existit. Vis autem christiana sapientiae eiusmodi est, quae eos invicem componat atque coniungat, utrosque ad mutua officia recolenda revocans. Nam inter opifices ac divites eadem officiorum similitudo intercedit, quae inter varia corporis membra. Veluti enim in corpore diversa inter se membra convenient atque ad eiusdem corporis venustatem et valitudinem adquirendam coniurant amice: ita in civitate geminae divitiae ac opificum classes; quarum concordia civitates ipsae florescent. Omnino altera alterius opem poscit: non res nec divitiae sine opera; nec sine re potest opera consistere. Contra ex discordia ac perpetuitate certaminis omnium malorum pestis erupit, quibus vel maximae quaeque regnum fortunae dilapsae sunt. Possum ab omnium saeculorum memoria atque a nationibus pluribus huius rei exempla repeterem: sed nolo esse longus in re-

tot exemplis contestata et certa. Hac aetate, dum acrius exsultat et debacchatur improbitas, coniurata veterem civilis communis laxare compaginem, nihil opportunius cadere potest, quam ut catholica sapientia, naturalis divinaeque legis praceptis suffulta, pugnantes animos aequa mente componat.

\*

Hinc pauperes monere ne in seditionem erumpant: ne bona aliena appetant: personam dominorum ne violent, iis contenti opibus, quas labore sibi peperissent. Inde hortari divites, ne opificum viribus tamquam rebus ad quaestum capiendum abutantur: ut mentibus mandent, maximam opum partem, quibus ad commoda utuntur, opificum paratas fuisse labore: ut denique in iis dignitatem tum naturalis tum christiana vereantur personae. Haec Leonis XIII epistolis encyclicis continentur. Cuius si voci praeclarae ac sapientissimae paruerint omnes, penitus foret cuiusque dissidii causa sublata. Sic, ad christiana instituta reductis animis, nullum kalendis maiis auspaciorem diem sol videret unquam. Ab illo enim die mensis maius initium capit, Virgini Deiparae sacer, quae, parta humani generis salute, caelum cum terra sociavit. Tum denique ipse dies, mutata natura, non amplius dissidii quod infensos inter se animos teneat, sed pacis et fraternae consuetudinis signum foret, quod omnes civium ordines, iunctis amice dextris, christiano amore coniungat.

A. MARTINI.

## VAL-DES-BOIS

REGNA profecto, imperia, res publicas quassaverunt cause his verbis inclusae: « Humanum paucis vivit genus ». Si enim historias acute perspexeris, tutum omne fuit semper imperium, quod populorum benevolentia muniretur; benevolos autem iugiter populos fuisse scimus donec suum tribueret unicuique iustitia.

Hinc brevis vita tyrannidi, sive unius, sive procerum voluntate res ageretur. Illis verbis romana plebs a patribus in montem Sacrum secessit; his et seditiones Gracchorum conflatae; his et servile, duce Spartaco, bellum; his et sociale, et Sertorianum et Catilinarium; his denique civilia illa incendia, quae Mariana, Sullana, Pompeiana, Caesariana nomina provocarunt.

Curnam rebellantes imperio provinciae? Quia tantum raptoribus orbis humanum genus vivebat. Assentiamur Tacito, qui tempora, et sermones suorum temporum probe norat. Quo factum est, ut bi-

blicum illud rediret: « Vae qui praedaris, nonne et ipse praedaberis? »

Verum, haec inter, sociale penitus quaestionem absolvebat improvisa Vox e Palaestinis assurgens, et imperiosius praecipiens: « quod superest, date pauperibus ». Quae ne quis putaret esse ad consilium, addidit supremi Iudicis sententiam, qua aeternis ad dicuntur suppliciis qui famelicis panem, sitientibus potum, nudis vestem, egenis denique auxilia recuperaverint, quae potuissent.

Iamque humana societas melioribus utebatur fatis, quum barbarorum irae diu cogitatae eruperunt, et, incepit subvertentes opus, tyrannis impleverunt arces, dominatae sunt populos, quibus non aurum modo, non opes, non campos, sed ne liberos quidem, coniugesque suas integros ab istorum petulantia conservare licuit. Exhinc rursus humanum paucis vixit genus, et per turbulentissimos fluctus iterum devectum est. Erant autem tolerabili nonnulla; nam neque bacchabantur continuae saevitiae, et meliorum interventu saepius nefasta rependebantur; praeter ea, quae religio, modo monens, modo terrens, molliebat.

At simul cum haeresi multiplici et multiformi XVI saeculi, quae catholicismo bellum atrox indixit, illa exorta est rationalismi et naturalismi lues, quae, abrogatis omnibus quae ad Deum referuntur, tantum suadet unicuique fruendum, quantum quisque vivens consequi possit. Et inde homo homini tanquam tondenda, immo devoranda ovis; inde in opificiis collecta cohors ad improbum laborem; inde vexatae multitudines, et humanum paucis iterum vivere genus, melioris post funera oblitum vitae, cui non hora, non dies ad erigendum caelesti spe animum quotidianis in terra angustiis oppressum. Haec habenda, non alia, malorum labes; haec socialismi vena perennis.

Quod animadvertis ille senior Leo Harmel, primus bene molitus est societatem, quae christiano afflante spiritu nunc in ea Galliae regione viret, circa Rhensem urbem, et que dicitur *democratia christiana* apud Val-des-Bois. Triplex autem societatis huius officium: mores ad christianum usum redigere, atque ad hoc assequendum exempla sunt et familiares sociorum sermones, quibus apostolica legatio haec commissa penitus; ita agere ut familie universae cuiusque socii detur congruus aetati et corpori et menti labor, ea mercede retribuendus quae victui a vestitui sit aequa, immo aliquantulo excedat, et certitudo sit, quovis intercidente infortunio, nunquam fore, ut filii, uxori, parentes in extrema rerum inopia versentur; tertio denique ut, salutari parsimoniae advertentes animum, socii habeant in promptu quod, communi consilio, egentibus ac potentibus sociis non modo largiantur, sed, in societate permanentes, auctoritatem quisque suam annis augeri, amplificari aestimatione ac veluti confirmari videant, et, dum ipse labor deficientibus minutur viribus, ampliori retributione tamen, iuxta annorum merita, se rependi.

Quae omnia ab anno 1861 feliciter suscepta, ita creverunt, ut huiusmodi societatis institutio longa la-

teque ramos et radices protendat. Et sententia nobis est hoc unicum fore reipublicae calamitate labanti remedium; nam Catilinas et Cethegos et Cassios vi-demus multos, Marcum Tullium vero, qui genus humanum eripiat a difficillimis, non videmus.

Et si « iota unum aut unus apex non praeterbit a lege, donec omnia fiant » et si « caelum ac terra transibunt, verba autem Eius non praeteribunt », res tota in angusto dilemmate posita est; nempe aut *socialismo* illo uti tranquillo ac benefico, quo Leo uterque Harmel, pater et filius, usi sunt; aut in illa ferri pericula et clades et incendia, et atrocissima quaeque civilia, quae ingruere sentimus, et quae opposita vi retardantur fortasse, sed peiora provocantur, nisi religione et suasione tantummodo removeantur, arceantur ac profligentur.

H. DE VECCHI-PERALICE.

### DE CANORIS NUGIS

**S**UNT qui otia musarum omnino otia putantes, ad ea, tamquam ad portum faciliorem, refugere posse arbitrentur. Ita autem errare necesse est qui aut non meminerunt natura fingi poetam, aut sese in eo numero esse facilis negotio sibi suaserunt.

Equidem existimo, quicunque, sive alligato ad certam pedum necessitatem, sive soluto sermone ita rem tractet, ut vehementi quadam naturae amore captus videatur, hunc demum et dici posse et esse poetam. Etenim rerum omnium effector motusque omnis impulsor amor in quorundam animis ita potentius agit, ut eodem prope impetu quo a gremio naturae res, ab ipsorum ingenii rerum species erumpere circumferique videantur. Qui ubi rapido flagrantque intuitu rem aliquam sunt assequuti sibique quasi proprium orbem crearunt, iam non usitatis pennis longe lateque feruntur, nec Gaditanæ portae sunt ulla, quae animi motus, quae ipsam saepe formam loquendi coereant. Eorum in scriptis si, antequam verba ac sententias, animi humani facta legesque cures comprehendere, nihil veriore Homeri quam Ariosti mundum putaveris. In his una simul et res et forma gignuntur, ceteris, quae trita vulgo atque obsoleta sunt, procul amotis. Tam denique prope ad vitae veritatem accedunt, ita peragant per animos, ita sensus hominum mentesque pertractant, ut non modo nullam inducant animi aurium satietatem, sed multo etiam plura cogitanda quam legenda relinquant.

Iam quid his commune cum vulgo poetarum cernis? Eorum, inquam, qui canoro quadam strepitu ostendunt non plus se attigisse doctrinae quam quantum prima illa puerili institutione potuerint; qui, quibus vestigiis primum institerunt, in iis fere solent commorari, veterem ex scholis cantilenam requientes; qui temporis, qui loci, qui hominum rationem non habent; quorum denique carmen non varium neque vehemens, non animi plenum, non doloris, non veritatis. Hi grandi supercilie maiorum instituta sacra tectaque velle se iactant, praesentique, ut renatur, litterarum periculo occurere, in certamen honoris convolantes quocumque suis rebus melius sperant fore consultum. Neque adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur intelligere ipsi potuerunt; ac dum veteribus scriptis diu multumque volutati docent quid in carmine dignum, quid iucundum, simul ac vires experiri cooperunt, nec dignitati satisfaciunt nec voluptatem tuentur. Quod enim plurimum imitationis solent asserre, quod vim dicendi, quam veteres Graeci sapientiam nomi-

nabant, in apparatu verborum sonituque collocant, in hoc omnis eorum admiratio ingenii omnisque laus poeticae facultatis continetur.

Dicit fortasse quispiam: quoniam neque parvae res neque usitatae neque vulgares admiratione aut omnino laude dignae videri solent, innovandi carminis gratia, ab iis recedamus, nobisque sumamus res aut magnitudine praestabiles, aut novitate pri-mas, aut genere ipso singulares.

Verum non hoc eorum carmina nobis probabun-tur magis, qui novitatem non in re proposita, sed in rei tractandae ratione quaerimus. Quid enim le-vius aut communius quam passer Catulli, copa Ver-gilli, virgo Ariosti, quercus et arundo La-Fontainii, genista Leopardi? Scilicet, quidvis loci petas, pennae ad volandum, non spatia defuerint.

Alarum autem remigio destitutis auctores sumus ut illud Flacci meminerint:

*mediocribus esse poetis*

*Non homines, non Di, non concessere columnae.*

Quod si, quum omnia summa fecerint, ne ad me-diocres quidem poetas esse se venturos videant, a dictandis versibus abstineant. Nihil enim sanae mentis viris potest molestius accidere

*Quam versus inopes rerum, nugaque canorae.*

P. ANGELINI.

### MAIUS IN AGRO, IN TEMPIO

*Ver adest laetum: pepulit nivosam  
Martius brumam; reliquum fugavit  
Frigus Aprilis; beat ecce Terram*

*Maius ovantem.*

*Maius affulget, facili triumpho*

*Doctus undenos superare fratres;*

*Algidus quem nec Boreas, nec ardens*

*Corripit Auster.*

*Quanta nunc florum, virides per agros,  
Splendet et fragrat seges! Utque rident*

*Prima, quae, verno generata sole,*

*Poma leguntur!*

*Luce vix orta, chorus undequeque*

*Festus erumpit volucrum canentum;*

*Nec silet cantrix, philomela, princeps*

*Nocte sub ipsa.*

*Floridus mensis resonusque cantu*

*Iure Reginae sacer est decorae,*

*Quae Deum fontem meruit nitoris*

*Gignere, virgo.*

*Ergo qui cultor pius es Mariae,*

*Hanc, libens, orto venerare Maio:*

*Saepe tu Matrem soboles, cliensque*

*Vise Patronam.*

*Floreis sertis facibusque cura,*

*Eius ut vernal nileaque Imago;*

*Parce nec volis tacitis, nec hymnis*

*Parce canoris.*

*Mane, solemni prece, vesperique*

*Inclytam lauda; nec Ave piorum*

*Quinques dictum decies, amatore*

*Segnis, omittit.*

*Quam tibi prosit coluisse Divam,*

*Senties vita vel in hac acerba,*

*Cuius aerumnas miserata Virgo*

*Usque levabit;*

*Senties tandem, moriturus: Hortos*

*Quippe caelestes tibi pandet Alma,*

*Ver ubi verum, meliorque floret*

*Maius in aevum.*

FRANC. X. REUSS.

### SARTOR IUDAEUS POETA

**S**ARTOR quidam iudeus, cui nomen est Rosen-feld et qui vitam in America degit, quamquam totos dies in opere artis suae tenetur, neque ipsi ullum fere est scribendi vel legendi otium, miro tamen quodam musarum amore inflammatus optima carmina fundit; neque id mirum: poeta enim, ut aiunt, nascitur.

Is anno superiore xxiv carminum libellum compo-suit atque edidit, qui inscribitur: *Songs from the Ghetto* (Boston, Copeland and Day, 1898). Haec carmina nullam artem affectant, nullos sibi, ut ita dicam, spiritus assumunt, sed intimos poetae sensus, cogitata et spes mirifice exprimunt. Is enim in eorum est numero, qui proletarii appellantur; quare miseria, paupertatem, egestatem non ut spectator de-scribit, sed ut qui in illis versatur; tamen cum in miseriis non est, se illis oblectamentis, quae vita ipsi adfert, contentum profitetur. Verum si dolore adficitur, vehementer illis intus irascitur, qui multis perfusi deliciis, quibus sibi nunquam frui licebit, vitam agunt beatam; at ira necessitati paret. Quare eius carmina nunquam ad declamatorium genus dela-buntur neque studium aut odium omnium proletariorum, qui dicuntur (quod saepe huiusmodi carminibus contigit), profundunt, sed poetae ipsius aerumnas deplorant et intimos eius sensus, ut supra diximus, exprimunt atque effingunt. Quod ex carmine illo, cui titulus est *In puerulum meum* (*Mein Jüngste*) facile appetit. Is enim de filio tenerrimis loquitur verbis: beatum felicemque se profitetur cum eum videt; sed raro videt experrectum; nam cum multo mane domo egreditur laboris subeundi causa, tum ad extremum diei tempus maxime defatigatus redit. Refert uxor parva eaque egregia pueri facinora et haec eius verba: « Bona matercula, quando veniet bonus pater? feretne munusculum? » Pater laetitia sibi constare non potest; ad puerum dormientem advolat et: « Adsum », inquit, « deliciae meae; adsum tibi, ocelli mi ». His verbis puer somniculosos aperit oculos, sed statim somno iterum corripitur. Tum pater summo dolore confectus haec animo volvit: « Fili mi, aliquando, cum experrectus eris, for-tasse patrem non videbis ». Sermo autem, quo carmina Rosenfeldiana scripta sunt, *jiddisch* appellatur, quod iudaicis (unde nomen illud) verbis consistit et germanicis. Hoc omnes Iudei humili genere nati loquuntur non solum in Poloniae et Moscoviae vicis, sed etiam apud exteris gentes, ad quas migrant, hoc utuntur in scribendis suis ephemeridibus et cum in scenam loquentes personas indu-cunt; idem autem ad mites sensus exprimendos apti-simorum est.

Rosenfeld poeta, uti supra dictum, proletarius est: ipse confitetur se duo onera sustinere; quorum alterum sperat se exuitur cum pro pauperibus ad arma descenderit, alterum illud est, quo omnes fere Iudei, veluti implacabili quodam fato com-pulsi, continuo errant. « Lamentabile quidem », ait poeta, « est iudaicum carmen; eiusque concentus hoc mihi significare videtur: ambula, ambula ». Is tamen cum omnia vehementer sperat aliquando pros-pera futura, tum vel maxime homines, libertatem nactos, vitam acturos esse beatam.

D. TAMILIA.

*Cavendum est, ne maior poena quam culpa sit, et ne quum iisdem de caussis alii plectantur, alii ne appellantur quidem.*

(Cic., *De officiis*, 2, 25).

MARI  
EIUS

NUPER in  
stianae antiqui  
nomen per o  
garetur.

Plura eni  
numenta, in q  
constat, dignu  
Bruzza atque  
beatur.

Rome an  
vitaecursu, die  
repentino mor  
rum, quem at  
quentem inter

Multa reli  
iis quae pael  
quaedam hauc  
sociis nostris

DE RIT

IN

I NHUMATIO CO  
vetustissimis  
cutionum fuit a  
iunctus. Propter  
formationis habeban  
bro de anima, ul  
et aetate integrar  
componeretur, n  
tum supplicem co  
situ suo reddidi  
cerdos aderat, s  
tionis sacrificia  
ciuius anniversarii  
erat ad sepulcr  
explicita et vetu  
documentis primi

Sepultura au  
Ecclesiae saeculi  
batur, et officiu  
Ecclesiae presbyt  
imperatoris, et s  
niensi miserint,  
quod maximum  
rum fidelium, si  
imminet eis, quib  
etiam pecuniam  
positum et e la  
gari ad sustinend  
ad sepulturam si  
ita sanctum et p  
brosius scriberet:  
ecclesiae etiam in  
dere licet » (3).  
quae ante inhum  
usu haberunt o  
ut in *Actis aposto*  
quum lavissent, p

(1) Cf. cap. II.

(2) Cf. S. CYR

(3) *De officiis*, II.

(4) *Act. cap. IX*

## POETA

omen est Rosen-degit, quamquam netur, neque ipsi endi otium, miro flammatus optima etea enim, ut aiunt,

am libellum com-  
r: *Songs from the  
Day, 1898*). Haec  
nulos sibi, ut ita  
os poetae sensus,  
Is enim in eorum  
ntur; quare mise-  
ut spectator de-  
atur; tamen cum  
amentis, quae vita  
Verum si dolore  
ascitur, qui multis  
n frui licebit, vitam  
paret. Quare eius  
rium genus dela-  
omnium proleta-  
e huiusmodi car-  
sed poetae ipsius  
sensus, ut supra  
nt. Quod ex car-  
lum meum (*Mein  
e filio tenerimis  
e se profitetur cum  
rectum; nam cum  
is subundi causa,  
axime defatigatus  
egia pueri facinor  
cula, quando veniet  
n?*) Pater laetitia  
erum dormientem  
« deliciae meae;  
puer somniculosos  
iterum corripitur.  
us haec animo vol-  
errectus eris, for-

senfeldiana scripta  
cicis (unde nomen  
Hoc omnes Iudei  
solum in Poloniae  
exteris gentes, ad  
libendis suis epe-  
tes personas indu-  
exprimendos aptis-  
ctum, proletarius  
sustine; quorum  
pro pauperibus  
est, quo omnes  
odam fato com-  
ile quidem», ait  
usque concentus  
ula, ambula». Is  
rat aliquando pro-  
mines, libertatem

## D. TAMILIA.

culpa sit, et ne quam  
appellantur quidem.  
offic. 2, 25).

MARIANUS ARCELLINI  
EIUSQUE SCRIPTA INEDITA

**N**UPER in terris fuit vir optimae indolis, in genio alacer, literis eruditus, et in christiane antiquitatis disciplina ita versatus, ut eius nomen per ora gentium magna cum laude varetur.

Plura enim MARIANUS ARCELLINI edidit monumenta, in quibus qualis quantusque fuerit satis constat, dignus qui praceptoribus suis Garruccio, Bruzza atque Io. Bapt. De Rossi profecto beatur.

Romae an. MDCCCLII natus, quasi in dimidio vitae cursu, die XXIV mensis februarii an. MDCCXCVI repentina morbo occubuit. Fortunatum sane vi- rum, quem atra mors de Christi martyribus lo- quentem inter discipulos deprehenderit!

Multa reliquit incepta, multa absoluta ex iis quae praeolo constituerat. Pergratum nobis quaedam haud unquam ab eo in vulgo edita sociis nostris exhibere.

Vox Urbis.

DE RITIBUS EXSEQUIARUM  
IN ANTIQUA ECCLESIA

**I**NHUMATIO corporis cuiusdam fidelis defuncti iam vetustissimis temporibus et saeculis ipsis persecutionum fuit actus religionis, Ecclesiae precibus iunctus. Propterea, sacerdote adstante, ritus inhumationis habebantur, ut Tertullianus testatur in *Libro de anima*, ubi de quadam foemina narrat, forma et aetate integra, quae, interim oratione presbyteri componeretur, manus a lateribus demotas in habitum supplicem conformavit, rursumque condita pace, situo suo reddidit (1). Nec tantum inhumationi sacerdos aderat, sed etiam die anniversario depositionis sacrificia et preces iterum instaurabantur, cuius anniversarii solemnitas, praeter omnes, maxima erat ad sepulcra martyrum. Sufficient haec Prudentii de sepultura martyris Hippolyti:

Simili modo Gregorius primus pontifex mentionem huius ritus facit in libro *De Sacramentis*, ubi ait: « Postea laventur et ponantur in feretrum »; et Gregorius Turonensis scribit: « Abluta iuxta morem, collocatur in feretro » (2). Post ablutionem corpora balsamis et aromatibus ungabantur, praesertim myrra arabica, ut Rufinus Aquileiensis docet, et Prudentius, martyrum laudator eximius, refert:

*Asperaque myrra Sabaeo  
corpus medicamine servat* (2).

Unctione diligenter expleta, linteis corpora obvolvabantur, et « linteo cadavera obvolvere », ut Hieronymus, officium erat clericorum ecclesiae; et usque adhuc in loculis coemeteriorum saepe manent vestigia linteorum, quae egomet vidi et tetigi; immo in coemeterio Callisti inventa sunt intacta in sarcophagis cadavera, linteis involuta.

A crematione fideles omnino abhorrebant, pariterque a ceremoniis funeraticis, quae ethnicam superstitionem aliquantulum saperent, sicut et a ritu coronandi mortuos. « Nec mortuos coronamus », respondebat Octavius contra Caecilium in dialogo; « nos exequias adornamus eadem tranquillitate qua vivimus, nec adenctimus arecentem coronam, sed a Deo aeternis floribus vividam sustinemus » (3). Communis solicitude erat, ne corpora superponerentur, et ut integrum ac incontaminata loco virginis iacerent, ita ut diebus Tertulliani accedere in sepulturam cadaveris ante depositi, aut ipsa corpora removere ut locum fossores facherent alteri, minime liceret. Nec minor post obitum cura erat fidelibus ad minimas reliquias et vestigia sanguinis recolligenda martyrum. Sufficient haec Prudentii de sepultura martyris Hippolyti:

*Palliolis etiam bibulae siccantur arenas,  
ne quis infecto pulvere ros maneat.  
Si quis et in sudibus recalenti adspergire sanguis  
insidet, huic omnem spongia pressa rapit* (4).

Psalmis et hymnis sociabatur funus omnium fidelium et maiori quadam solemnitate, si id temporis conditio permitteret, funera martyrum et confessorum, cuius feretra aliquando ab episcopis ipsis humeris sustinebantur. Praecedebant et sequebantur « fideles cum cereis et scolacibus, cum voto et triumpho magno », ut narratur de funere sancti Cypriani, etiam persecutione saeviente. Nec laudes interdum et recitatio elegii funebris defuncti aberant, et haec elegia laudationes nuncupabantur; sed maioris momenti sacrificium Christiani putabant, quod « oblatio pro dormitione » appellabatur. Priusquam enim corpus sepulturae mandaretur, sacrificium pro anima fidei fiebat; et Isidorus Hispalensis testatur hoc fieri ex consuetudine ac traditione apostolica. Cyprianus ipse decretum memorat ab episcopis antecessoribus editum (5), ne quis excedens ad tutelam testamentariam vocaret presbyterum, sub poena privationis sacrificii pro dormitione. Adhuc vetustius testimonium est Tertulliani, qui explicite inter ritus Ecclesiae enumerat « oblationes pro defunctis et pro nataliciis annua die » (6). Missam depositionis, de qua Gelasius papa saeculo quarto rituale collegit, sequebantur preces « ad sepulcrum priusquam sepeliantur », et tandem « tumulo ex more composito » exsequiae cum oratione « post sepulturam » (7) si-

(1) *De gl. conf.* 104.

(2) *Cath.* X, v. 51.

(3) *Oec.* cap. 43.

(4) *Peristeph.* XI, vv. 141, 146.

(5) *Ep.* 46.

(6) *De corona*, cap. III.

(7) *MURATORI*, *Lit. vetus*, p. 249.

nem habebant. In quibus vetustissimis precibus manifesta fit allusio imaginibus boni pastoris, quae saepe inventae sunt in cubiculis et in arcisoliis: « Boni pastoris humeris reportatam (animam) in comitatu aeterni Regis perenni gaudio et sanctorum consortio concedat (Deus) ». Solemnis autem salutatio *in pace* respondebat extremo ab omni spe derelicto *vale* ethnicorum. Quamobrem vere sublimis est laconica illa christiana salutatio, quae saepe legitur in coemeteriis: « Te in pace », seu « Te in Christo ». In quibusdam inscriptionibus autem sunt etiam piae commendationes: « Et in orationibus tuis roges pro nobis, quia scimus te in Christo »; et aliter: « In pace cum Spiritu Sancto ». Quibus verbis suavissimis veteres Christiani, pia in lege Christi vita functi, dulci somno dormiebant.

MARIANUS ARCELLINI.

## CAECILIUS RHODES

**Q**UAE hodiernis diebus Germanos inter atque Anglos concordiam perturbare auditae sunt de insulis Samoa contentiones, facile in mentem revocant quae sex abhinc annis ob africanae Transvaal reipublicae violata iura prope in bellum eru- runt. Tunc primum forte, obstupescente Europa, anglus quidam audacissimus, Caecilius Rhodes, contra ipsum Germanorum imperatorem quasi ad luctam visus est surgere, qui, inconsulta temeritate ductus, recentissimae exortae Germanorum praecipue colonis reipublicae fines armata manu, ad aurifodinas occupandas pervadere ausus fuerat. Boeri, ita enim illius regionis incolas nuncupant, adeptas labore terras libertatemque suam armis tueri fortissime parabant; cum asperis a germanico imperatore, suis timente, iactatis minis, fractum periculum repente est.

Sed hominem qui tanta cogitasset, non ordinario ferme animo praeditum nec minori adiutum fortuna esse oportuerat; eum revera in Anglia Oxonii natum ac ex prima aetate ad ultimam Africæ frontem migratum, complures adamantium fodinas prope Kimberley brevi administrasse praedicant; deinde in patriam reversus ad municipum aedes orator popularium voto relatus est, ex quo munere ad maiora paulatim evectus, coloniarum aerario, ac aedificiis publicis operibus praefuit; post quae africana iterum petens litora, quae retulimus incredibili animo molitus, totius Africæ quasi Napoleon alter compellari a fatoribus meruit.

Qua re tamen infecta, minime fortissimi viri fracta virtus apparuit, imo a Transvaal reipublicae finibus recedens, ad incultas adhuc post eos septentrionales plagas gressus convertit ac longe lateque peragravit exploravitque, ita ut latissimam regionem anglicæ regiae nomine occupaverit. Hanc patriæ donaturus suo nomine Rhodesiam dixit, caputque Bulawayo opidum posuit, deductumque ex ea ferreis axibus stratum iter, cum tramitibus qui ultimam Africæ anglicam coloniam late sulcant brevi coniunxit.


Rhodesiam, quam recentissimae tantum geographicae tabulae adnotant, regiones duo Matabeland et Mashonaland praecipue constituunt, quae ducentum quinquaginta mille millaria patent et plerumque colendis frugibus aptissimae, aurariis metallis magnas ex Europa colonis divitias despondent: eas anglica Societas ex meridionali Africa dicta hucusque occupat, cui Caecilius Rhodes ipse praest. Qui nunc vir insolite alacritatis stimulo herculeum facinus experitur, ut ab Nili oris usque ad ultimum Africæ caput per quinque millia millaria ferreis axibus aliam sternat

(1) Cf. cap. II.

(2) Cf. S. CYPRIAN. ep. II.

(3) *De officiis*, lib. II, p. 142.

(4) *Act. cap.* IX, 37.



Humatio corporis S. Laurentii Mart. iuxta viam Tiburtinam (FRANC. GRANDI pinxit).

viam. Cum vero, ut incepit assequatur, per Germanorum etiam terras illam deducere opus sit, Bero-linum nuper petiti, ibique, oblati consilii innumeris perensis utilitatibus, comiter est a Germanis ac ab ipso imperatore vir acceptus, quem paucis abhinc annis quasi latronum ducem asperime vituperaverant atque odio habuerant.

Consilio igitur herois potius quam hominis, planiam ac prospere eventus praevidentur; cumque Rhodesiana haec via re perfecta erit, una cum duobus illis, altera ab urbe Neo-Eboraco ad S. Franciscum, altera, quae a Russia per Siberiam extremas Sinarum orientales plagas tangit, regina ferrearum viarum omnium, quas homines per mundum unquam straverint, evadet.

I. ANTONELLI.

#### FERREIS AXIBUS STRATAE VIAE PER AFRICAM

**D**E Caecilio Rhodes superius locuti, appendicis veluti modo, ferrea itera omnia hucusque per Africam strata, vel proxime ab Europaeis colonis sternenda, in commentario hoc nostro memorare utile duximus.

Angli primi Aegypti planities, deducta quasi viarum rete, undique peragrant, eodem tempore quo Galli Berberiam omnem ac provincias austro oppositas haud impari ardore percurrunt. Omnino vero dissimilis inter utrumque ritus: Galli enim magna itinera deduxerunt commercii necessitatibus longe plerumque maiora; alteri, parciорibus expensis, at duplicate utilitate, parva sed terris omnibus apta ac flexilia, quae ad chm. 5000 numerum in ultima colonia ad Caput, per Orange rempublicam, et per Natal, Transvaal et Delagoa-Bay summatim computantur. Belgae deinde, qui terras prope Congo flumen possident, post octo absumptos labore annos, 380 chm. longitudine ferreos tramites straverunt; post quae iterum Galli per occidentis litora in Senegambia a Dakar ad urbem St-Louis per 264 chm.; et in Sudan a Kayes ad Niger flumen usque viam aperient, indeque Angli per coloniam Sierra Leone ad superiores eiusdem fluminis aquas, et Lusitani a S. Paulo de Loanda in Angolae finibus ad Ambaka per 360 chm. exemplum imitati pervenient.

Neque his omnibus satis; novorum enim itinerum aperiendorum consilia agitantur. Angli Mombasa ab urbe ad lacum Victoria-Nyanza, per 1000 chm., Germani in Usambara pariterque per centralem lacuum regionem Zambese; denique Congo litora proxime Belgarum et Lusitanorum opera nova videbunt, atque etiam Gallorum, qui aemulatione excitati, haud impar Rhodianis ausibus moliuntur facinus; longissimum nempe aliud ex Berberiae oris usque ad Congo perducere iter.

SCRIBA.

#### DE PONTIFICIIS "CAPPELLIS".

**P**ONTIFICIAE, seu *papales cappellae* dicuntur quotquot sacri conventus ad Vesperas, Matutina, Laudes vel sacrificia Missae solemniter persolvenda in templis habentur, sive in iis Pontifex Maximus, praeses, adsistat, sive peragat, uti celebrans rite, sacerdos.

Adsistente Pontifice, seu coram Pontifice nihil prohibet quominus sacrum illud appelletur *cappella papalis*, talisque iure sit, si potiusquam cardinalis, aut patriarcha, aut archiepiscopus, celebret episcopus vel abbas; sufficit enim praesentia Pontificis.

At illud animadvertisendum quod ostendimus verbo *solemniter*; quia, ut hodie tali nomine dignoscatur *cappella papalis* a quovis alio sacro, cui Pontifex in privatis intersit, necesse est ut *solemne* sit, nempe «sacrum fiat et conventus habeatur», advenientibus cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et praesidibus supremis Ordinum monasticorum, Regularium, et huiusmodi, quotquot adesse possunt, itemque sint coram princeps romanus, seu principes pontificio solio adstantes, aulici, et dignitates pontificiae regiae, magistratus papalis curiae, et siqui insignes alii, quibus aut ius est, aut officium, aut quos decet interesse.

Cappellae pontificiae autem habentur potissimum in oratoriis illis magnificentissimis papalium aedium, quae *cappellae* nominantur, a Xysto IV, a Paulo III, a Paulo IV excitatis; habentur in basilicis Lateranensi, Vaticana, Liberiana, Ostiensi; habentur ad S. Laurentii in Tiburtina, ad Beatae Virginis supra Minervam, in Vallicelliana; denique haberi possunt ubique locorum, in quibus *domino papae placuerint habendas*; non enim cappellae obsequitur papa, sed papae cappella; haec in potestate congregatoris et accidentis est, non Pontifex in potestate congregatae et accitae; hic in dominatu preeest, illa in famulatu circumdat.

Neque novum hoc, neque nuperum Pontificibus decus; nam, praeter ea quae scimus ex *Martyrio sancti Stephani I papae*, qui anno Ch. 256 irrumperibus in catacumbas *apparitoribus* et *accensis* inter *solennia sacra* capite truncatus est, eluet in primis idem mos Apostolis ipsis, praeside Petro, congregatis sive conciliantibus Ierusalem de summis Ecclesiae rebus, sive consecrantibus et mittentibus episcopos, sive hortantibus inter mysteria et S. Synaxi fideles; quibus ne princeps solio assistens deesset, Pudentes,

Cornelii, et alii id genus patritii facientibus non defuerunt. Scimus insuper ex *Martyrum actis* adfuisse solemnitate magna Pontifices Agnetibus, Caeciliis, sexcentisque aliis in catacumbas post occasionem elatis, ibique laudationem dixisse, sacrificium celebrazione interdum super ipsum locum, ubi lamiata recondebant corpora fortissimorum, qui sanguinem et animam pro Christo romana magnanimitate effuderunt; scimus in his adfuisse Pontifici populum, sacerdotes, episcopos; scimus hoc ritu delatos apostolos principes a Vaticanis et Ostiensibus ad Platoniam in Callisti; scimus ferme quaedam innumera, et praecipue, residente aestu persecutionum, totam apparuisse cum Sylvestro pontifice Constantino Urbique romani cultus maiestatem, quae ideo non coepit esse quod non erat, quia tantummodo talis prodiit qualis latebat.

Nec aliud sunt *Stationes ad sepultra sanctorum*, quibus clerus et populus aderant, et ad quae statutis noctibus, vesperis, diebus, horis una cum Pontifice celebraturo et commemoraturo fideles migrabant, ubi baptismata, chrisma, sacri ordines, poenitentiae et Eucharistiae sacramenta impertiebantur petentibus, venia dabatur lapsis, recipiebantur in communionem neophyti.



Iam, Lateranensi patriarchio adepto, sanctus Melchidas pontifex, iv saeculo, corona clericorum cingitur quibus rite solemnia celebrat, pompas ordinat, suis quibus officiis fungitur. Tum assurgentibus basilicis Ostiensi, Vaticana, Liberiana, Sessoriana, Damasiana, et Laurentiana extra muros adesse festinabant Pontifices sacra facturi, sibique septem suburbanos episcopos adesse voluerunt, ut illud Petri imitarentur, cui Paulus aderat, cui Linus, cui Cletus, cui Clemens adesse gestiebant. Quid autem cardinales nunc, nisi presbyteri olim titulares ecclesiasticarum Urbis regionum? Quid abbates viginti, iuxta numerum locorum monachis creditorum in Urbe et suburbis, nisi praesides prisci clericorum, aut dispersi presbyteri, illic, hic, prope, procul, latentes in speluncis, in sylvis, in montanis, in cavernis terrae, ne persecutionis turbine simul omnes opprimerentur?

Regnum adepta Christi Ecclesia, regium sibi voluit decus, quo delectari sciebat Dominum Salomonis, eundem qui Moysi praeceperat, ut quae ad sacram cultum pertinerent splendidissime pararentur, ne minus fulgere regibus videretur, qui Rex Regum et Dominus Dominantium et dicebatur et erat.

Nomen  
prium et sin  
extuctis, a  
que basilica  
maiestatis e  
ritibus aere  
mine, rigida  
feram senior  
episcopi es  
morem hun  
multa squa  
clesia vasta  
ruinae; mul  
dynastae pra

populo facere  
et civiles furor  
et Paulina Qui  
bus initio dictu

At Xystus  
iussit, easque s  
pontifici cap  
restituae.

Sensim ver  
Ponticum, tu  
iterum valuit i  
et Paulina dua  
adhibetate sunt,  
catholici ritus

Conventus  
sentia nomen  
numerati sunt,  
vel extra ordi  
anniversario co  
nuperrimi, nos

Nomen autem *cappellae pontificiae*, itemque proprium et singulare oratoriis illis in aedibus pontificiis exstructis, acceptum Avenione videtur; nam illic neque basilica neque templum regale et tantae compos maiestatis erat; adde nunc praesertim in nocturnis ritibus aerem humidum Rhodano interlabente flumine, rigidam ventis regionem et montibus, mortiferam senioribus, seu pontifices, seu cardinales, seu episcopi essent. Redditi Urbi aeternae Pontifices morem hunc tutiorem duxerunt, praesertim quum multa squalerent tempла, et ipsa Lateranensis ecclesia vastae, potius quam templum, acervus esset ruinae; multaque infanda in Pontifices patrassent dynastae praesertim, quum sacra Papae cum ineimi


## FLORALIA

**R**ECEDENTE mense aprilii simulque maio ineunte aderant maioribus nostris quae Floralia vocabant, Deae Florae sacra, cuius secum colloquentis suavissimam effingit picturam Ovidius poeta: huic enim nomen sciscitanti respondet Dea « vernas », efflans « ab ore rosas »:

*Vere fruor semper: veri nitidissimus annus  
Arbor habet frondes, pabula semper humus.  
Est mihi foecundus dotalibus hortus in agris,  
Aura sovet; liquidae fonte rigatur aquae.  
Hunc meus implevit generoso flore maritus:  
Atque ait, arbitrium tu, Dea, floris habe.  
Saepe ego digestos volui numerare colores,  
Nec potui, numero copia maior erat (1).*

Namque et coronis ad coenam caput cingere  
notissimum est apud patres morem fuisse; nobis vero,  
et quavis in anno memori die, parentibus, amicis  
offerre, et in nuptiis aurantii citri corollis sponsam  
ornare, et in funeribus serta, vivacis semper affectus  
veluti pignora, defunctis tribuere.

Est etiam floribus singulis quaedam quasi praecipua significatio et abditus sermo tribuitur colori, magnitudini, moribus, odori apprime conveniens; uti rosae amoris, et myosotis fidelitatis, et violae pudicitiae, et lilio innocentiae. Traditum vero unanimi consensu est florum omnium quasi regnum rosae, cuius vitae morumque suavissimam lectissimamque descriptionem Plinius habet (21, 4, 10): « Germinat », ita studiosissimus naturalis disciplinae vir, « omnis primo inclusa granoso cortice: quo imox intume-



Vaticanae Basilicae Prospectus cum "Pontificia Cappella", haberetur die XVI mensis aprilis MDCCCXIX.

populo facerent, unde et caedes et incendia saepe, et civiles furores. Hinc Xystina et Paulina Vaticani, et Paulina Quirinalis aedificia sacra excitata, de quibus initio dictum est.

At Xystus V ad antiquas redire consuetudines iussit, easque servari. Inde septem basilicae iterum pontificiis cappellis frequentes, et pristino decori restitutae.

Sensim vero, valetudine praecipue et senectute  
Pontificum, tum etiam iniquitate temporum, mos  
iterum valuit ille Avenionensis, et cappella Xystina,  
et Paulinae duae congregandis pro solemnitate viris  
adhibitae sunt, dum Pontifex celebrat in sublimi  
catholici ritus maiestate.

Conventus denique huiusmodi, a Pontificis praesentia nomen deducentes, ad quinquaginta usque numerati sunt, praeter quinque, quos mobiles dicere vel extra ordinem placuit, quorum duo tantum, die anniversario coronationis viventis Pontificis et mortis nuperrimi, nostris hisce diebus in more habentur.

Versus dulcissimos quod retulerim veniam facile  
assequar, cum suaviora de floribus haud facile scri-  
bere quemquam posse credam.

Nicaea urbs ad Varum, quod sciam, florum dignitatis ac pulcritudine, primas retulit inter ceteras urbes. Assiduae enim diligentiae quam eius incolae in floribus excolendis impendunt praemio sunt larga pecuniae munera, quae undique gentium ipsis ad tot florum varietatem assequendam confluent.

Ex quo id sunt assequuti, ut, vel in media rigi-  
dissima hieme (prout ait de se Dea), vere semper  
fruantur, et eorum floralia, florum omnium ex una-  
quaque etiam dissita orbis regione deductis speciebus,  
variisque coloribus quos numerare ferme impossibile  
est, sacra facile superent maiorum.

Floribus vero, quo magis progreditur humanitas, eo maiores in vita partes sunt; non tam adspectu laetissimo vel suavi afflatu nos recreare quam et in sacris solemnibus adhiberi, et in conviviis et quibusvis iucunditatis horis domus ac habitus nostros exornare.

scente, et in virides alabastros fatigato, paulatim rubescens dehiscit ac sese pandit, in calycis medio sui stantes complexa luteos apices ». Enumerat post haec eius genera apud patres celeberrima, Praene stina, et Campana, quibus alii Milesiam illam addi dere cui, duodena folia non excedenti, color est ardentissimus.

Florem, pulcritudine principem, Dearum pulcher-  
rimae veteres sacraverant; fabulabantur immo, can-  
didam olim fuisse, at ex sanguine Deae, cuius pedem  
in horto deambulantis spina forte pupugisset, pur-  
pura flagrasse, caussamque addebant, quod uti rosa  
brevi vigeret, quam

*una dies aperit, conficit una dies,*

ita et forma corporis ac iuventa.

Rosalis inde Maius mensis dictus, quod rosarum sit tempus, quamvis hodie, assiduo cultu admotoque arte verno calore, hieme simul et aestate liceat coronas e rosis serere et variatissimis earum coloribus, flavo, rubro, albo, roseo, carneo, gaudere.

Inde nos suayissima edocti lege, rosarum hunc

mensem Deiparae sacravimus, et Marianum ab unguiculis appellare eum potius consuevimus, rosariumque omnium fasciculos et coronas ad nitentia eius altaria, Matri dulcissime arridenti, plenis manibus dare.

A. COSTAGGINI.



### EXPRESSI IN HUMANO SERMONE MORES ANIMALIUM

**I**n communem et quotidianum usum sermonis multa irreperunt, quae prolata semel, etsi minus recte, vulgus amavit, et ubique passim in eloquio nostro versantur. Iam nemo inquirit, et ab aliis tradita enunciat, quae sublata optaremus, si minus inspiccentur.

Qua in re principem obtinent locum adjuncta quaedam, quae nonnullis animantibus damus, virtutes tribuentes munificentissimi belluis et bestiis, a quibus certe irridetur, si nostra inteligerent.

Cachinnum *leones tollerent audientes illud Ovidii:*

*Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni;  
Pugna suum finem, dum iacet hostis, habet.*

Dic leonem praestantem viribus, dic impetu, dente et ungue terribilem; *magnanimum* ne dicas.

Qui autem pecora et iumenta mortifer insequitur et assequitur, nec cervis, nec lepori, nec simiis inermibus parcit, hic ne magnanimus? Qui tot pueras, tot pueros in genua provolutas, orantes ad martyrium constitutos in amphitheatris discerpens laniavit, hic ne magnanimus?

Fabula de leonis venatione est, asino, capra, et ove sociis assumptis, qua demum absoluta, et vasti corporis cervo capto et quadrifariam diviso, primam partem sibi leo tulit quia debitam, alteram quia nominaret leo, tertiam quia rex animalium esset; si quis autem quartam tangere ausus esset, malo factrum proprio minatus est. Sic socios ieunios dimisit, et ipse potitus omni re est.

Talis est leo, qui neque elephantes, neque ippopotamum, neque serpentem vectem aggreditur, quia se hisce non aequum viribus sentit! Hic ne magnanimus?

Nunc ad *canem* veniamus. De homine, qui medios inter labores atterit vitam ut uxorem, ut parentes, ut filios alat, vulgatum dictum est: « vivit ad instar canis »; « vitam cane dignam agit ». Vidisti ne, sodes, laborantem toto die canem, instantemque operi, ut alios pasceret? Maxima pars canum (aut ego caecus sum) quatuor diei partes pacatissime dormit, una tantum vigilat!

At haec in bonum cani tributa gratuito, non ea tamen sunt quae calumniam acerbissimam rependant et aequent inustam. Dicimus enim de parricida quovis, de quovis beneficiis non grato, de quovis, qui vel Neronis, vel Sullae, vel Ivani, vel Timour feritatem, atrocitatem aequet, « caninam habet animam! », « O anima canina! » Non recte, non vere verbum et similitudo invaluerunt. Nam quis homo homini amicus cane praestantior? Qui frustulo panis contentus, et saepe vel isto carens, dominum sequitur, blanditur, tuetur; domum, liberos custodit, advigilat; et, si quid contra, nec hostes numerat, nec vitam curat; sed unus in decem irruit etsi armatos, et latrat, nec quiescit; immo saepe domini interfactores suo modo indicavit. Qui verberatus, percussus, vulneratus a domino non mordet, sed eiulat, et fugit, aut saepe ad pedes domini supinus verbera experitur, eo ipso, si opus sit, compos assurgere, et contra inimicos domini irruere.

Haec ne anima ferox? Anima haec ne immitis, Neroniana, Sullana? Quoties aliquid atrocius tigride et draconibus dicere optemus, non caninam, sed, opprobrio nostro, animam dicamus humanam. Monstra enim illa et sexenta non e canum progenie, sed humano genere parta sunt.

Neque minus *in equis*. Hi quippe fraeno dociles, obedientes dominis, amantissimi interdum, omne habent praeter unum quo similes dementi sint homini, qui contra rectam rationem suis abutatur in voluptuosis, in futilibus, inconstans, varius, sine moribus et modis. Et de homine huiusmodi tamen plurumque dicimus, praesertim si iuvenis, « demens ut equus! »

Haec, et pleraque ab animalibus in eloquium nostrum minus iure venerunt; sed et plurima sunt quae iure, quae recte, quae optime animalia dedeunt nobis habenda ex usu et moribus suis.

De puella domi satagente et assidue omnia curante dicimus: « Argumentosa ut apis ». Quid pulchrius?

De homine miti, benigno, qui nec irascatur irascitibus, neque nocentibus reddat, neque lassitus noceat misericors, benignus et pius, commune in labiis habetur: « Mansuetus ut agnus ».

« Pius ut avis » recte, ut *columbus* praesertim, laudatur parens in filiis alendis, tutandis totus, nec laboribus nec vigiliis parcens. Laborem et curam similitudo graphicæ describit.

*Sues* turpissimi foeditate existimantur, insatiabiles cibo, et somno ventrique tantum intenti. Qui similes hisce vivunt nihil de virtute, de animo, de futuro, de Deo agitantes, aptissime pinguntur, quem ipsis illud Horatianum imponatur: « Epicuri de grege porci ». Laudabo pingentem.

An et maledicas feminas (quamvis inter viros et frequens haec labes) oneramus vituperio, cum dicimus in labiis et in linguis habere « venenum aspidum insanabile »? Num minus quam *vipera* nuncupanda est, quae tot impositus vulnera quot emisit verba, et quot vulnera tot funera sparit?

« Segnis ut testudo », « pernix ut cervus », « pavidus ut lepus », « patiens ut asellus », « rapax ut aquila », « tumidus ut gallus indicus », vel « pavo », « musicus ut philomela », et alia innumera pulcherrima data ac retenta sunt, queis non modo ornatur, sed luce ditatur eloquium.

Optime faciemus igitur si, quae vera sequentes, ab aliis abstineamus, nam « dicendi recte sapere est et principium et fons ».

X.

### SAPIENTUM INVENTA

**N**onus *Saturni satelles, photographica methodo repertus*. Quid sit, valeatque photographia in astronomicis, nunc maxime claret, quum nuper eius opus novus adeptus acquisitusque scientiae sit nonus satelles *Saturnum circumvolans*, potentissimis tantum telescopiis aspiciendus.

Assecutus hunc est (in decimoquinto astrorum ordine splendore habendum) William Pickering a speculis Lowell, in purissimo aethere, telescopio illo photographicis addicto, latissime patente, at minimae distantiæ compote, qua radii conglobent effusi (*focum* nos dicimus), quod insignis foemina, Catharina Bruce, dono dedit. Quater tantum perspectus designatusque in tabulis photographicis satis protulit satelles de se, ideoque septem ac decem menses ad absolwendam sideralem circumvolutionem ei tribuuntur, ducentisque semidiometris, seu radiis a planeta, cui obsequitur, ipse distare videtur.

**Nova lampas incandescens.** Nerst doctor physicus, qui hanc lampadem constituit, illa usus est virtute, quam nonnulli metallorum oxidi, in maximos caloris gradus perduci, electricum fluxum ducendi acquirunt.

Hoc igitur lumen cylindrico filo constat, quod *magnesio* conficitur aliisque metallicis oxidis, diametrum duorum millimetrum, non excedens, et intra longitudinem millimetrum, quindecim, non ulterius, productum. *Platini* circumvolutio proxime cingit, quae suum ob electricum fluxum calorem ad magnesii filum irradiat. Hoc etiam filum, electricis ita factus adductor, splendidissima luce exardet, et tota in fulgore res est. Interea electro-magnes cohibet ad imum platini spiram, et lucis fit sola causa magnesii filum. Hoc autem effulgurat non penitus inclusum chrystallo quovis, sed plane in aperto vitro, ut circumstante ex aere oxigenum ad opus hauriat, oxida potentissimo igne consumpta iugiter instauratur. Quod si splendor hac procedens ex lampade cum ceterarum splendore conferatur, noscetur facile, pari vi electricis distributa singulis, huius virtute lampadis reliquias esse superatas.

**Lux invisibilis.** Iamdiu perspicerant homines esse corpora, quae lucis radios absorbeant, et quum in obscuro recondantur, reddant paullatim. Haec luminis emanatio nonnullis brevi tantum est, nonnullis hora et hora integris.

Phoenomenon hoc phosphorescentia dicitur, et corpora, quibus haec inest actio et vis, phosphorescere dicuntur. At vir doctus Zenger, rector speculae in astronomiam physicam ad Pragae athenaeum, primus cognovit nuperrime, quum iam nulla luminosa radia supersint, alia tamen esse emissâ, quae non nostri oculi, sed photographicae laminae sentiant. Ostendit ipse haec quibuslibet inesse corporibus, atque, expositionis tempore satis protracto, e speculae solario adeptus est imagines photographicas circumstantium aedificiorum, quamvis tetrica noctis visum omnem eriperet. Aptiora ad has obscuras emitendas radiationes corpora præcipue sunt quae inter phosphorescentia enumerantur, et quae ex sulphure, et ex iis metallis, quae vulgo *alcalino-terrosi* dicuntur, constant. In his enim eruditus magister Le-Bon admiranda adinvenit. Luci obiecta corpora sulphuro calcii delinita in locum diu luce carentem refrebant; ibique cum phosphorescentia prorsus evanisset, unum ex hisce corporibus negativae photographicae laminae imponebat, sub qua lamina vel exiguum lucem sentiens esset. Si tres ab extincta phosphorescentia dies praeteriissent, distinctæ imagini adipiscendæ duæ satis erant horæ; si quindecim dies, duodecim horæ. Exillis tenuisque actio lucis, duo de viginti elapsis mensibus, adhuc ab illo corpore in lamnam demitebatur. Sic idem Le-Bon nitidas photographico ritu excepti imagines a statuis inter tenebras profundissimas, postquam statua sulphuro calcii respsa paucis momentis luci exposita fuit. Post tres aut quatuor ab extincta penitus phosphorescentia dies optimam imaginem adeptus est in cubiculo tenebroso, ad rem commune obiectivum excipiendis imaginibus adhibens, late tamen hians, ad convergentiam lucis de more compo situm, haud alter ac si plena liberaque luce diurna ute retur. Verum nitida haec et ad unguem expressa imago iis conditionibus, et praesertim ea convergentia lucis, ostendit unam eamdem legem temperare pariter irradiationes visibles et invisibles, secundum eumdem in vitro indicem se refrangentes.

**Electricis usus frequentior.** In rebus humanis non mediocre auxilium de die in diem, et magis magisque præbet electrides, quotidiano in usus inducta. Quae redduntur a bello Hispanos inter et Americanos pugnato, ostendunt quanti ipsa fuerit, et quid sapienter utentibus profuerit. In munitionibus litoraneis hanc adhuc erunt ad actionem projectorum, telemetrū, et præcipue veluti nunciam inter speculas et tormentorum bellicorum ordines. Ut incendiariis pilis sub mari positis, iis praesertim quae automaticae incensionis vi essent prædictae, ignis inferretur; ut speculator in ripa monetur, cuius opera illae, electride immiscae, conflagrent, maximi habita et in primis fuit. Optime perfectae telegraphorum ac telefonorum machinae profuerunt ad noticias, tum brevibus tum longioribus emetiendis inter-

vallis, tradibus atque Societatis elates naves ameri gratia, tum optima quae venerit largioris nometricis iugis obnoxii systemata in apparatu electrico fluxu licentur utilitatem, ea sunt, qui in viginti millib. Cinesio more provehatur. gulo cuniculi pondo aestimantur. Immane onus portandum c. Verum et c. agenti perficiuntur. brandis alpibus ginta centenaria integrum aegrotibus ex S. millia libellula carum vix quod impendio, trichilometrum rendum aspirant autem Adri experimenta ad trahendos. Quae, ut annis, ad ter sariis, electrica probata et per annos. Victoriae, 1. FAMILIARIS negotiis mei ad vos dimiti, primi obv. fuerunt. Hac et excellenti sionem sibi in uno, ut Aprica « parvus apicum dynast cuturus, potest repente ianit calamo labri advolare hostes appellatur cervice, detur virum, cui atque eo de novoerat accidit. At dum mihi ritus illi sed asello c. sito onere g. Vix occidit.

Nerst doctor phys  
lla usus est virtute,  
maximos caloris  
cendi acquirunt.

istat, quod magnesio  
iametrum duorum  
udinem millimetrum.  
utini circumvolutio  
icum fluxum calo  
am filum, electridis  
exardet, et tota in  
s cohibet ad inum  
agnesii filum. Hoc  
chrystallo quovis,  
tante ex aere ox  
tissimo igne con  
splendor hac pro  
endore conferatur,  
puta singulis, huius  
as.

erant homines esse  
t quum in obscuro  
luminis emanatio  
hora et hora in

ia dicitur, et cor  
phosphorescere di  
eculae in astrono  
primus cognovit  
alia supersint, alia  
culi, sed photograph  
haec quibuslibet  
tempore satis pro  
magines photogra  
quamvis teterima  
ad has obscuras

sunt quae inter  
e ex sulphure, et  
rosi dicuntur, con  
Le-Bon admiranda  
ro calcii delinita  
ibique cum pho

ex hisce corpo  
e imponebat, sub  
as esset. Si tres  
teriissent, distin  
erant horae; si  
tenuisque actio  
adhuc ab illo cor

Le-Bon nitidas  
tuis inter tenebras  
ro calcii respera  
tres aut quatuor  
es optimam ima  
o, ad rem com  
as adhibens, late  
de more compo  
luce diurna ute  
expressa imago  
vergentia lucis,  
rare pariter irra  
um eudem in

rebus humanis  
et magis ma  
us inducta.

et Americanos  
quid sapienter  
neis hanc adhi  
etrūm, et pra  
rimentorum bel  
b mari positis,

ionis vi essent  
in ripa mone  
sae, conflagra  
time perfectae  
profuerunt ad  
etendis inter

vallis, tradendas turmis belligerantium hac illaque abe  
tibus atque dissitis. Quae insuper vir Werneroy retulit  
Societati electro-technicas in urbe Neo-Eboraco, electride  
naves americanas usas ostendunt, tum vis communicandae  
gratia, tum ut res manifestarent, signis datis. Sed si  
optima quae ad transmittendam vim, adeo ut in mentem  
venerit largius uti, non ita quae ad indicandum galva  
nometricis innixa, ac proinde delicata nimis et vel ex  
guis obnoxia. Videntur iis opportune subroganda alia  
systemata indicationum tum adhibitis lampadibus, tum  
apparatu electromagnetico potiore mole et ubiore ele  
ctrico fluxu irrorato. Maximam autem ex electride pol  
licentur utilitatem, tamquam a causa movente et vim de  
mittente, ea quae nunc in perforandis alibus Helvetici  
sunt, qui maximus in orbe terrarum cuniculus habebitur  
viginti millibus metrorum spatio productus, quem ille sub  
Cinesio monte tribus ac decem chilometris tantummodo  
provehatur. Detrita quae terebratione effunduntur a sin  
gulo cuniculi metro sexcentis librarum millibus proxima  
pondo aestimantur, quae nos ducentas *tonnellatas* dicimus. Immane onus medio quinque chilometrorum itinere de  
portandum carris, ut cuniculus pateat iuxta praevisum.  
Verum et carri, et illa terebratio electride movente et  
agente perficiuntur minore impendio, breviori tempore,  
tutio etiam salute adlaborantium. Quae enim in tere  
brandis alibus Cinesiis pro singulo cuniculi metro sex  
ginta centena millia libellarum (*francs*) et anni tempus  
integrum aegre absolverunt, quae in perforandis alibus  
quibus ex Sancto Gottardo nomen, quadraginta centena  
millia libellarum; in cuniculo alpium harum Italo-Helveti  
carum vix quinquaginta centena millia libellarum requirent  
impendio, tribusque tantum mensibus absolvetur omne  
chilometrum. Ad lucem in specu ciendam, ad aerem infe  
rendum aspirationi idoneum electridis vis adhibetur. Nunc  
autem Adriatica Societas ad ferreas-vias instruendas  
experimenta aggreditur, ut de electride periculum faciat  
ad trahendos currus, et machinis vaporigenis valedicat.

Quae, ut fiant, in optatis sunt, ut quinque praeteritis  
annis, ad terebrationem huius nuperrimi cuniculi neces  
sariis, electridis virtus ad hunc, immo hos etiam ad usus  
probata et perspecta videatur.

L. M.

## EX GALLIA

**Victoriae, Anglorum reginae, vitae consuetudo  
Niceae ad Varum.**

**F**AMILIARIS rei cura me ad haec pulcherrima et  
aequore et aethere litora inopinum adegit, unde,  
negotii meis absolutis, domum remigrasse, nullam  
ad vos dimittens epistolam, eorum nescius, quae mihi  
primum obvia hic, considerata dein atque interspecta  
fuerunt. Haec autem quam digna mihi memoratu  
et excellentium hominum curiositatem et animadver  
sionem sibi optime vindicare videantur, stans pede  
in uno, ut aiunt, ac discessurus notabo.

Africa et amoenam collis illius, cui Cinella, quasi  
« parvus apex », nomen, tempestivo mane adiens,  
cum dynasta Y illic in delicioso suburbano collo  
cuturus, pone aditum villae Liserb adveneram, quem  
repente ianitor cancellos pandere, et argenteo exiguo  
calamo labris affixo convocare sibili servos proximos;  
advolare hos atque, ut accurrerent, nutu, voce remo  
tiores appellare; tum stare omnes coram me demissa  
cervice, detecto capite. Mirabar ego me talem esse  
virum, cui tot obsequii et honoris indicia darentur,  
atque eo demirabar magis, quia nemo illic me pra  
noverat accessurum.

At dum sto anceps, retrospicio... O ludificatio! Non  
mihi ritus illi solempnes ceremoniaeque parabantur,  
sed asello cuidam trahenti carrulum, et quasi impo  
sito onere gestienti.

Vix oculis fidem do. Carrulo illo Victoria An

glorum regina, Indorum arbitra, et hominum, qui  
in orbe sunt, fere quintae parti imperans, vehebatur!

Iunior cum ea mulier sedebat, sed ego oculus,  
mente, corde haerebam reginae; nemo me incre  
pet; solem enim nunquam miramus magis quam  
dum deficit. Regale supercilium, armatorum cohoret  
es, nihil omnino circum, nec prope, nec procul.

Sed ecce ingredienti praesto sunt pueri populares  
et puellae offerentes quisque plura florum. Benigne  
ipsa accipere, argentea donare, bona verba dicere.  
Testor caelum et mare Nicenum! Nunquam tanta  
oculis meis Victoria coruscavit in ipso Londinensi  
fastigio, gemmis et auro radians, et supereminen  
solio sublimi, populis propriis et alienigenis quasi  
portentum.

At ab interioribus ruris, per semitam myro et  
lauris hinc inde septam ac umbrosam desuper, ovii  
sunt avae dulcissimae ac matri puelli et ipsa prin  
ceps femina Battembergio nupta, quibus circumdata  
gratulantibus et plaudentibus progreditur mulierum  
felicissima, sexagenario usa regno, quotidie, ipsa  
imperante, aucto, crescente dominatione, divitiis, vi  
ctoris consilio, manu, sapientia pace belloque partis.

Stupens ipse restiteram, et cancellis apertis adi  
tum non poscere; obseratis post tergum eius, non  
abire. Steterat casu adveniens et quidam, honoris  
causa donec ipsa ingredieretur moratus, ne praete  
riens quasi non curare videretur. Ad hunc accedo, et:  
« Vidistine, sodes», dico, « quid rei sit? Haecne ergo  
Victoria illa est, cui quasi non sufficit orbis? Tra  
hitur asino imperatoria femina, cui mille in stabulis  
cameli, camelopardi, elephantes, equi...».

« Crede mihi », vir inquit; « regale munus ingens;  
enormis, et gravior Alpe servitus regibus est, quibus  
nec pro lubito respirare quidem licet. Hic ipsa vivit,  
quia, prout voluntas fert, it, reddit, abit non obsessa, non  
circumvallata, non pene suffocata circumeuntibus ».

Inter haec Niceam ambo remigramus, et eum  
dem in via sermonem protrahiimus: « Quippe quia »,  
narrat ille, « hic quotidianus ei mos. Carrulo devecta  
ab asello illo glorioso circumfertur, patentibus ubi  
que Cimellae ruribus, excipientibus iucundis ubique  
dominis. At Battembergiam, sibi prae ceteris dile  
ctam filiam, quotidie invisit, atque cum ea, cum ne  
potibus aliquandiu sermocinatur. Postea digreditur  
alias peragratura villas, quibus frequens collis, unde  
delectabilis prospectus, semper aliis et idem, in tot  
ac tantas divitiis regionis, maris et aëris.

« Dein redit, refectura cibo corpus secum rapiens  
e suis aliquem; nam quantum hoc litus patet a Genua  
ad Sanctum Remum, totum regalis inhabitat magna  
Anglorum progenies.

« Quaenam vero ava, quaenam genitrix, quaenam  
regina paribus gaudet fatis? Refecto corpore, et  
restauratis viribus, equitibus duobus præviis, regio  
curru trahitur per litus ad aerem saluberrimum ac  
iucundissimum. Sed iam præecurrit vehiculum aliud,  
ubi sunt et vasa et folia the, quibus illa potio, Anglis  
nectarea, conficitur. Statuto prius loco hic exspectat,  
donec regalis femina veniat, cui potio illa parabitur  
bis et vel decies, nunc hic, nunc illic; at semper agris  
in mediis, semper in propatulo, sub dio, ubi sint  
visu amoenissima.

« Age nunc; etiam hic flores illa non oblitiscitur,  
et rurigena puer saepenumero adest flosculos offe  
rens, nec inanis rediens unquam; nam optima et  
nobilissima haec gaudet sua dextera dare parvulis  
donantibus, et pro dono regia rependere.

« Vespare domum petit.

« Talis quotidiana huic est vitae consuetudo in  
regionibus nostris, atque ego credo loca nostra,

aerem, pacem denique multum reginae profuisse,  
multum prodesse, multumque profuturos ».

Haec ille narrabat, et vias Niceae ingrediebamus.  
Tunc ille ad sua, ego ad stationem vaporitraharam  
- vestro verbo utar, humanissimi viri - ubi dum  
horam discessui meo idoneam exspecto, vobis ista  
describo, quae me altissime perculerunt.

Ubi ergo est felicitas? Ubi quies. At ubinam  
quies? Ubi familia circum, absentibus quibuscumque  
sollicitudinibus.

At quid prohibet quominus omnes...  
Tintinnabulum, Di te perdant! Advocor, ut me  
in currum recipiam, quo Lutetias remigrem ope  
rosas.

Valete! Valete! Sed et reginam sospitet Deus!

A. VIEILLOT.

## DIVAE FORTUNAE CODEX

**O** diva gratum, quae regis Antium... ambiant te om  
nes, pauperis ruris colonus, nautaque audax, Dacus  
asper, profugi Scytha, urbesque gentesque, et Latium  
ferox: immo tenuit te olim Latius; sed cum volente,  
ut soles, rota, tandem ex eius manibus aufugeris, alii te  
hodie tenent populi, ex quibus proinde quo te potiore  
modo carpere ac retinere valeamus, iuvat audire praecpta.

Magister est Russell Sage, olim in taberna quadam  
Neo-Eboraco in urbe famulus; nunc vero ad quingen  
ties centena millia dollar's opibus dives.

Hic igitur in commentario *Royal Magazine* tui artem  
lucrandi docet, eamque omnibus qui vel mediocri ingenio  
polleant in aperto esse adfirmat.

Rei elementa quinque enumerat: probitatem, tem  
perantiam, patientiam, fidelitatem, denique familiae, mune  
rumque observantiam: haec quovis in negocio tenenda,  
reliqua ad praecipuum gerendae rei indolem accommo  
danda sunt.

At si quis inter commercii anxietates comparandas

sibi divitiias multas statuerit, id unum ei primum pra  
estare oportet, ut selecto negotiorum generi magno animo  
adhaereat, nec aliud sibi gerendum optare, nec obortis  
difficultatibus ab initia recedere via; quapropter et perspecta  
satis atque clara ingenii acie opus est, et nunquam deflexa  
constantia, ut excitata in dies obstacula quovis pacto su  
perentur.

Collegiorum educatio ac institutio, pro futuris rerum  
susceptoribus veluti omnino inutilis ac supervacanea ab  
americanis superioris memorato scriptore repudiatur, et  
nonnisi illis apta qui ad ecclesiasticos ordines, vel ad  
iuris curricula et similia aluntur: quos profecto, ni fallor,  
minime hoc sortitos putat, ut satis magnas sibi opes ac  
cumulent: eruditionem igitur optimam ad rem esse monet,  
quae ex ephemeridum vel ex commentariorum lectione,  
vel ex libris encyclopias disciplinam praebentibus hauriri  
queat.

Fraudibus, ipse ait, velocius ferme quam probitate  
opes comparantur, sed citius etiam comparatae dela  
buntur, concludique, etsi non omnibus sese Caesos  
veluti novos vel Midas augere licet, cuique tamen iu  
eni, qui vel paulum ambitione succendatur, modum  
in praesto esse, quo opes, licet exiguae, quas exordiens  
in negocium contulerit, ad decies millies multiplicatas in  
ultimum possideat.

Quae, si vera sunt, lectoribus meis ex animo can  
dice ominor, atque hortor quam maxime, ut strenue  
rem aggrediantur: caveant vero, si quietam praecipue  
vitam domesticae sibi opes permittant; Horatius enim  
ipse ex Sabinis irridet, rogatque:

*Cur invidendis postibus et novo*

*Sublime ritu moliar atrium?*

*Cur valle permitem Sabina*

*Divitias operosiores?*

LAELIUS.

## ANNALES

**Sacra solemnia in Vaticana basilica peracta - Conventus de pace Hagan indicto - Insularum Samoa eventus - Sinenses res - In civitatibus Nicaragua et Bolivia seditiones - Populi oratores in Iberia electi - Graecarum rerum novi administri - Bellum ad Philippinas insulas.**

**A**EDEM Vaticanam quinquaginta millia et amplius numero, die huius mensis aprilis xvi, iam summo mane Romani simul ac alienigenae stipabant, cum tandem, indicta hora decima cum dimidio, tubarum, quas argenteas vocant, est concentus auditus, ipsece ecce pontifex Leo, gestatoria sella sublatus, subridens benedicensque appetit. Repente unus ovantium et gratulantium omnium exoritur clamor, neque fit quies donec is throno incederit solemnis que Missa celebrari ab emo. cardinali C. Mazzella incepit, quam dulcissimis, quibus pollent, concentibus Xystini collegii cantores splendidiori reddidere. Sacris exactis, stetit ante altare sublimi in loco christiani orbis pastor, atque genuflexis omnibus filiis suavissima voce apostolicam benedictionem est impertitus; post quae inter geminatas populi conclamations, iter per medium basilicam repetens, ad privatas aedes reversus est, admirantibus omnibus Deoque grates referentibus, quod Ecclesiae sua Patrem dilectissimum servaverit, atque in optimam restituerit valetudinem.

★

Hagae in urbe, Batavici regni capite, ex singulis nationibus proxime convenient legati, ut consilia de pace tuenda aptissima communicent. Sed magnanimi inceptus iam licuit ex Summi Pontificis allocutione veluti praeconium altissimum exaudire; oratio enim illa, qua augurali sermoni a viro eminentissimo Oreglia perfecto respondit, nonnisi de pacifica Ecclesiae missione tota fuit omneque ius ac laus restitutae saepe ac servatae populorum pacis veluti propriam Romanorum Pontificum vindicavit. Ceterum consiliorum, quae clarissimi viri inter se congregati ceperint, proxime notitiae exaudientur; licet autem optatissimum sit, ut armatae hodiernae paci finis imponatur, ex ipsis ad Russiae imperatorem responsionibus missis, de efficaci rerum exitu vehementer dubitare cogimur.

★

Contentiones interdum de Samoa insulis exortae inter Anglos, Germanicos et Americanos haud breviter putamus esse componendas. Dum enim navigia anglica simul ac americana Samoensis oppida quotidie projectilibus incidunt, regum Tanu et Mataafae sectatores civilibus proeliis colonorum agros domusque vastant; manipulus imo ex classiariis anglis ac americanis in paratas a Mataafa rege insidias incidit ac tormenta bellica bina amisit. Insidiae vero cum in agris Germani cuiusdam coloni Hufnagel dispositae essent, Germanus ab Anglis est captus. Res in coetu oratorum germanici imperii nuntiata vehementer animos commovit; at frustra; nam, querelis a germanicis administris apud Angliae gubernantes oblati, Germanorum auctoritati ad iudicium vir est restitutus. Interdum tamen germanicus etiam legatus electus est, ut una cum anglo et americano de re componenda ius habeat.

★

In Sinis similia evenere; milites enim anglis, e legione Hong-Kong iaculatoria navicula auxiliante, rebelles quosdam Sinenses qui Anglici castra aggredi ausi fuerant e montibus circa Tai-Pe-Fu urbem

depulerunt, dumque alia iam legio contra urbem iter facit, Sinensem iurisdictionem in provincia omni Kan-lung funditus evertendam Angli censem.

★

In Iberia cum comitia ad oratores populi creandos haberentur, cives, partium contentione hoc illuc excitati, ad arma usque venerant. Suffragia vero gubernantibus ultra spem faverunt; ex Silvela nempe parte 180 electi; ex Polavieja magistri militum 33, ex ultramontanis 30, ex Gamazo 30, ex Tetuan ducis 18, eorum quos liberales vocant 86, reipublicae studiosi 15, ex Romeri Robledi 5, ex Caroli autem, qui regnum sibi vindicare non desinit, 4.

★

In Graecia novorum praesidum eligendorum difficultatibus feliciter a rege superatis, Theotokis mandata res est imperatumque ut sibi socios adiungeret, qui proinde Simopoulo aerario praeposuit, Romanos negotis cum exteris, Commandouros rei bellicae, Boudouris rebus navalibus, Carapaolos iudicis, Eftaxias cultui studiorum curis.

★

In republica ad Americae isthmum Nicaragua, sedition exorta est, dum alibi, in Bolivia, perduellum milites, gubernantium copiis fusis, rempublicam occupant, abrepta ab Alonso praeside fuga.

★

Interdum Philippinis in insulis varia fortuna bellum agitur; at licet Victoria plerumque septentrionalis Americae foederatarum civitatum militibus arriserit, haud cito ipsi absolvit posse existimant; barbari enim patriae libertatis amore incensi, et locorum apprime concii, pugnas vitant; coacti vero fugam capessunt, at ex sylvis deinde et asperis montibus ubique insidias, incursiones, incendia, molestias parant, ut opes militesque longe plures quam nunc in re impendendos praeveniuntur haud temere liceat.

POPULICOLA.



## LIBRORUM RECENSIO

**Versioni poetiche dai lirici latini dei secoli XV e XVI di LUIGI GRILLI - Tiferni, ex officina L. Lapi, 1898.**

Consilium a scriptore doctissimo susceptum commentario huic nostro, cui suprema cura est latinæ linguae decus instaurare, quam gratum fuerit non facile verbis dixerim. Poemata selecta ex elegantissimis aetatis illius aureae scriptoribus, Beccadellio, Pontano, Politiano, San-nazaro, Tebaldeo, Sadoleto, Navagero, Flaminio, Areosto veluti florum gemmarumque sertum nitidissimum sese praebent, quod nunquam profecto aetatis nostræ ignavia ac negligens ignorantia oblivione obruet. Interpres autem fidelissimus ac utriusque sermonis apprime callens vim, nervos, numerum ac elegantiam auctorum italice ita reddidit, ut ex inito cum latinis illis venustissimis vatis certamine, non modo gloria cumulatum se discessisse, sed et quantum lingua nostra possit, cum latino sermone comparata, satis ostenderit.

I. A.

**I fatti psichici e il materialismo.** Saggio di NICOLA IEZZONI - Theate, ex proelis Ricci, 1899.

Adversus eos, qui praeter materiam eamdemque brevi resolutilem nihil homini adjudicant, nunquam satis bellatum censeo, quum sublata spiritualitate animi (et immortalitate igitur), omnia impune fieri reliquum sit, et auferre, trucidare, rapere, per turpia quaque et obscaena ruere iuxta quod delectabile sit, cuique liceat ad partem beatitudinis vindicandam suam.

Haec de utilitate ac fine operis huius; dignaque sit laus ex utrisque penes omnes auctori clarissimo.

Quod methodum dicam. Placet, et benesuada Calloope usus est Iezzonius noster. A factis enim procedens, unicum probat agentem esse in cogitante, eundemque penitus diversum a corpore, quamvis huic haerentem. In sensibus, nihil haberi, praeter instrumenta, quibus corpore circum percipiat; at sublimiter species immateriales a materialibus effert, et species quae locum in corpore occupant, loci expertes reddit, ut suae naturae consonas ipsas possident. Tum per iudicia, per cognitiones relationum, quae omnia corporis et sensuum aptitudinem excidunt, per voluntatis examen, per identitatem personae unum illud *Ens* adstruit in homine, quod homo sit, et sine quo corpus cadaver, ut ad immortalitatem denique veniat, quam pluribus munit.

Addit in fine dialogos, quibus ea disperdit, quae adstruuntur gratuito, ut asseratur animus non *ens*, sed harmonia quaedam et ordo corporis; nempe non *substantia*, sed *qualitas*, et *accidens*.

Brevi haec notasse sufficiat; qui uberiori bibere cupiant, fontem ad ipsum accendant, nobis profecto gratias acturi cum legerint, quae compendio cohibemus.

H. PIERALICE.

## AENIGMATA

**Prima** est laus vitae exoptanda mihique tibique; Coniux per fraudem data, non quae sit, **secunda**; Si verum cecinere, fuit *totum* unda poetis.

★

Dum fortuna favet, *primi* vocitantur amici; Si perit, heu! nullum reperis miser *alter* amicum. *Tertius* et citus est melior quam bina futura. *His constans* est inconstans, plus mobilis unda: Vertitur hac illac vento, malefida, proterva.

DIGAMMA.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, *gratis* accipiet opus cui titulus:

## LA COMMEDIA

DI DANTE ALIGHIERI

riveduta nel testo dal prof. G. POLETO.

Aenigmata ann. II, n. IV proposita his respondent:

1. Cor-nix.

2. La-mentum.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, Fr. Xav. Reuss, Ag. de Aguiar, Bon. Benito, Raph. Radogna, Roma; Senior, Ioan. Mediolanensis, *Mariiso Langobardorum*; Cyr. Zucchetti, *Caravagio ad Bergomum*; Pasch. Pellegrini, Caes. Meucci, *Neapoli*; Ios. De Vincenti, *Lugano in Helveliis*; Car. Stegmüller, *Sabaria*; Cl. Allagnat, *Grattanopoli in Gallia*; Ios. Ant. Schneider, *Monachio in Vindelicia*; Ad. Huza, *Grybow in Galicia*; Ferd. Ferrari, *Guastalla*; Ioan. Tiránek, *Praga*; Ios. Kowár, *Leitmeritz*, in *Boemia*; Ant. Jaklić, *Tergeste*; Andr. Piotto, *Malado ad Vicentiam*; Ad. Artioli, *Ferraria*; Abr. Morchio, *Genua*; Nic. Stella, *Auxano*; Ioan. Sobczyński, *Włocławek in Polonia*; Principal Gordon, *Manchester in Anglia*; Petr. Monti, Episc., *Tibure*; Ver. Cariolato, *Vicentia*; B. Campanelli, *Reate*; M. Loyola, *Chicago III.*, in *civitatibus foederat*. *Americae sept.*; Fr. Xav. Brühl, *Valkenburg in Batavia*; Ios. Capovin, *Montebello Vicentino*; Aug. Narquet, *Monteloco in Gallia*; Quintinus Friulanorum, *ex sem. Episc. Cupersani*; Ios. Rokosz, *Sandomiria*. Sortitus est praemium

ADALBERTUS HUZA,

ad quem missum est opus, cui titulus:

JEANNE D'ARC

ET SA MISSION NATIONALE

par V. CANET.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

L' am  
pro  
Atene  
cie  
Flor  
Bessa  
tali  
Bollett  
Catho  
Eco  
Cultur  
me  
Divus  
der  
Pla  
Empor  
artis  
Ephem  
deu  
Giorna  
Roma  
Il Mar  
tarie  
Minerv  
dom  
mae  
Nuntiu  
L'Osse  
nen  
  
Leoni X  
Christop  
Felix Fa  
Gallorun  
Scalae S  
De popu  
in ea  
Mondrag  
Intellectu  
Minucian  
F. RA  
Amphith  
restitu  
Ex Germ  
nunc i  
Anthea (A  
Antiquis  
carum  
De conc  
mam  
In mem  
De mirab  
raco -  
Frustula  
Annales  
Aenigma  
In s  
Varia: N  
in fam  
dicina  
in Eur  
prohibi  
Epistolai  
  
De medi  
Muliebris  
signori  
Philosop  
De pueri  
postur  
Latinæ

## COMMENTARII DONO ACCEPTI MENSE APRILI

**L' amico della gioventù.** Singulis hebdomadis prodit. Veronae.  
**Atene e Roma.** Commentarius cura Italae Societatis ad litterarum studia vulganda editus. Florentiae-Romae.  
**Bessarione.** Recensio periodica studiorum orientalium. Romae.  
**Bollettino del museo civico di Padova.** Catholicum, Comm. menstruum de iis quae in Ecclesia catholica peraguntur. Romae.  
**Cultura sociale.** Recensio catholica bis in mense edita. Romae.  
**Divus Thomas.** Commentarium inserviens Academii et Lyceis scholasticam sectantibus. Placentiae.  
**Emporium.** Recensio menstrua litterarum et artium. Bergomi.  
**Ephemerides Liturgicae.** Semel in mense produnt.  
**Giornale Arcadico di scienze, lettere ed arti.** Romae.  
**Il Marzocco.** De litteris et artibus commentarii. Florentiae.  
**Minerva.** Recensionum recensio singulis hebdomadis, moderatore Friderico Garlanda. Romae.  
**Nuntius Romanus.** Romae.  
**L'Osservatore Cattolico.** Diarium Mediolanense.

**Rivista d' Italia.** Semel in mense prodit. Romae.  
**Rivista Internazionale di scienze sociali e discipline ausiliarie.** Semel in mense prodit. Romae.  
**Rivista politica e letteraria.** Semel in mense prodit. Romae.  
**Il Santuario di Caravaggio.** Caravagii ad Bergomum.  
**La scuola secondaria italiana.** Singulis hebdomadis prodit. Mediolani.  
**La vera Roma.** Singulis hebdomadis prodit. Romae.  
**Vita Nova.** Ephemeris, cura Societatis iuvenum athenaeorum studiis vacantium. Neapoli.  
**La Ricreazione.** Commentarium; bis in mense proditum. Tergeste.  
**Die Nation.** Semel in hebdomada vulgatur. Berolini.  
**Studien und Mittheilungen.** Reigen. Obnova. V. Hradci Králové.  
**Vlast. V. Praze.**  
**La Chronique du Sud-Est.** Lugduni.  
**Revue Neo-Scolastique.** Lovanii.  
**Boletin-Revista de la juventud católica de Valencia.**  
**La Crux.** Matriki.  
**El Eco Franciscano.** Santiago.

**Revista Católica de las cuestiones sociales.** Matriki.  
**Revista crítica de historia y literatura españolas, portuguesas, é hispano-americanas.** Matriki.  
**Revista Ecclesiástica.** Valdoleti.  
**La Semana Católica.** Matriki.  
**Amerikanski Slovenec.** Tower.  
**Der Herald des Gimbens.** St. Luis Mo.  
**Johns Hopkins University Circulars.** Baltimore.  
**Katholischer Mesten.** Dubuque.  
**The Messenger of the Sacred Heart.** Neo-Eboraci (U. S. A.).  
**Niagara Index.** Niagara University, N. Y.  
**Praeco Latinus.** Philadelphiae (U. S. A.).  
**Revue Ecclésiastique.** Valleyfield in Canada.  
**The Review.** Singulis ebdomadis editur, Saint-Louis M. (U. S. A.).  
**The Rosary Magazine.** Patrum a S. Dominico praeconium menstruum. Somerset (Ohio) U. S. A.  
**The Church Progress.** St. Luis Mo.  
**The Tidings.** Los Angeles, Cal.  
**Our Alma Mater.** St. Ignatius College. River-view, Sydney.  
**Le progrès.** Pondichery.  
**I-wen-lou et Revue scientifique.** Zi-hai = Shang-hai.

## COMMENTARII "VOX URBIIS", INDICES SINGULI

### V num. ann. II.

Leoni XIII Pontifici Maximo - C. DE ANGELIS.  
 Christophori Columbi ubi cineres - A. GALLI.  
 Felix Faure - EUCLYPTUS.  
 Gallorum reipublicae praesides summi - LAELIUS.  
 Scalae Sanctae - FRANC. X. REUSS.  
 De populari civitate deque pecuniarum ratione in ea - B. NELL.  
 Moudragone - TITUS.  
 Intellectuales qui dicuntur - D. TAMILIA.  
 Minuciana - Comparatio Tertulliani et Minucii - F. RAMORINO.  
 Amphitheatum Flavium in pristinam formam restitutum - I. CASCIOLI.  
 Ex Germania. De commentariis et de duobus nunc in Germania potioribus - I. K.  
 Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.  
 Antiquus crinium cultus et fucus mulierum graecarum - HERCILUS.  
 De concilio episcoporum Americae latinae Romanum convocato - MARIUS.  
 In memoriam - C.  
 De mirabili domorum genere in urbe Neo-Ebaco - G. P.  
 Frustula - FORFEX.  
 Annales - EGNATIUS.  
 Aenigmata - X.

*In secunda operculi pagina.*

Varia: *Novus num index? - Columbae et pipiones in famulatu medicorum - Pernicosis aeris medicina - Navigia nosocomiaca - Idololatri adhuc in Europa!... - Ioci - Anarchia - Libri recens prohibiti.*  
*Epistolarum commercium - A SECRETIS.*

### VI num. ann. II.

De mediatione - MONTELUCCIUS.  
 Muliebris birota velocissima (*La bicicletta per le signorine*) - MAURUS RICCI.  
 Philosophia Horatiana - I. LEMETTE.  
 De pueris in crastinum instituendis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.  
 Latinae adnotatiunculae - F. R.

De fragmentis formae urbis Romae nuperime in lucem proditis - H. MARUCCHI.  
 De veterum abstinentia - P. ANGELINI.  
 B. Virgo ab Angelo salutata - I. C.  
 Sapientum inventa - L. M.  
 Via Appia - I. CASCIOLI.  
 Napoleon ex opinione vulgi - HERCILUS.  
 Aviculis parce - E. DE VAISIERE.  
 Vita functi viri clariores - C.  
 Annales - EUCLYPTUS.  
 Ad Leonem XIII P. M. die VIII. martii a. MDCCIC. - C. NOCELLA.  
 Coetus legibus ferendis qui ubique gentium congregantur - SCRIBA.  
 Frustula - FORFEX.  
 Bibliographia.  
 Epistolarum commercium - A SECRETIS.  
 Aenigmata - M. FUSCUS.

*In secunda operculi pagina.*

Per orbem (Quindenorum dierum iter) - VIATOR.  
 Varia: *O parentum charitas! - Systema metricum apud Anglos inventum - De musica et poesi, ultra praestet. Epigramma - P. d. V. — Ioci ex historiis - C.*

### VII num. ann. II.

De Sinensium imperio - EUCLYPTUS.  
 Quid inter artem tragicam antiquam et recentiorem intersit - D. TAMILIA.  
 Carmen epicum saeculi XV nunc primum in lucem editum - F. RAMORINO.  
 De pueris in crastinum instituendis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.  
 Surrexit! - F. X. REUSS.  
 De varia mortis imagine saeculorum cursu - T. COLAMARINO.  
 Humanum caput a Bonarrotio effectum - I. CASCIOLI.  
 In Hieronymum Savonarola - A. ARTIOLI.  
 Geographiae nuperime adepta - L. M.  
 Christianorum Pascha et Hierosolymae recordatio - HERCILUS.  
 Anguum collectores - LAELIUS.  
 Tentata olim aerea navigatio - H. D. V. PIERALICE.

Ex Gallia. Harmoniae singulares ac disposita vita per numeros - A. VIEILLOT.  
 Frustula - FORFEX.  
 Quaestiones inter socios proponendae - Vox Urbis.  
 Annales - E.  
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
 Aenigmata - A. MORCHIO.

*In secunda operculi pagina.*

Per orbem (Quindenorum dierum iter) - VIATOR.  
 Varia: *O parentum charitas! - Systema metricum apud Anglos inventum - De musica et poesi, ultra praestet. Epigramma - P. d. V. — Ioci ex historiis - C.*

### VIII num. ann. II.

Angli in coloniis deducendis principes - H. A. STRONG.  
 Humani ascensus - E. DI BISOGNO.  
 De pueris in crastinum instituendis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.  
 Sophocles et Shakspurii tragicae artis antistes - D. TAMILIA.  
 Torquatus Tassus - H. PIERALICE.  
 In querum Torquati Tassi turbine deiectam - N. FILONARDI.  
 Nocturna lumina ad mare - HERCILUS.  
 De fragmentis formae antiquae Urbis nuper in lucem prolatis - H. MARUCCHI.  
 Ex Germania. Pompeii Russici - L. KANT.  
 De columbis viatricibus - LAELIUS.  
 Vita functi viri clariores - C.  
 Insignia equestria - SENIOR.  
 Frustula - FORFEX.  
 Annales - POPLICOLA.  
 Quaestiones inter socios propositae. - I. QUANAM lingua scriptum: *Mane, Tekel, Phares?* - L. W. SZCZERBOWICZ.  
 Ephemeridum scriptorum conventus Romae congregatus - SCRIBA.  
 Aenigmata - GRYPHUS.

*In secunda operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
 Varia: *Pericula in cognomine - P. d. V. — Ioci - D. MACRAE.*

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA  
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS  
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS  
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS  
TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE  
ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE

PHILIPPUS VITI EQUES  
MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, N. 51 e 52 - ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT  
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA  
AEDICULAS  
uti patet ex operibus erectis ac refectis  
in Basilica Lateranensi,  
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,  
Eudoxiana, etc.

DESCLÉE, LEFEBVRE & S.

SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE ET S. RITUUM CONGREGATIONIS TYPOGRAPHI  
PARIGI - LIONE - LILLA - TOURNAI - BRUSSELLE - BRUGES - GAND - MALINES - ANVERSA - TOLOSA  
LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE  
ROMAE - Via Santa Chiara, 20-21 - ROMAE

PRAELECTIONES DE DEO UNO

Urbe Laurentius Janssens, S. T. D., monachus Maredsolensis (Cong. Reur.), eiusdem Collegii Rector, Sacrae Indicis Congr. consultor. — Tomus I (I. p. qq. I-XIII), pp. XXX-526; Lib. 7.50. — Romae, typis Vaticanis, 1899, apud Descléé, Lefebvre & S.

**A** quo Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XIII disciplinas scholasticas ad mentem S. Thomae instaurandas fauste suscepit, non defuerunt theologi, qui *Summam Aquinatis* velut tesseram suarum elucubrationum assumpserint. Inter eos Franc. Card. Satolli, Cl. P. Billot, Cl. Paquet prae aliis memorare iuvat. At expectabatur dogmatum exposito, in qua ipse Angelici textus a tironibus manibus volvi supponeretur, ita ut non tantum doctrina, sed et ratio arguendi, modus dicendi, immo ipsa verba Angelici Doctoris illustrarentur ac perpendi plene possent.

Huiusmodi opus conficiendum aggressus est Cl. P. Laurentius Janssens, S. Th. D., Collegii Anselmiani rector, S. Indicis Congregationis consultor, vir apud suos et exterios tum doctrina theologica, tum eruditione et arte dicendi iamdudum insignis. Cuius operis, per plures tractatus pluraque volumina protrahendi, primum tomum praelectionum de *Deo uno* in lucem editum laeto animo nuntiamus; quem proximis mensibus tomus alter eiusdem molis securus promittitur.

Audiatur auctor methodum ipse suam in prooemio nitide exponens: « Praemiso, ac, si postulet via, discuso ordine quo Angelici materias indagandas distribuit, indeo argumenti eiusque momentum sedulo perpendimus; ita ut in hac parte, cui titulus *Status questionis*, essentia doctrinae nostrae ac veluti medulla passim continetur. Dein in altera parte, cui titulus *Ad textum*, ipsam literam explanandam aggredimur, ea quidem ratione ut via obiectionum uno veluti verbo tangantur, auctoritates in *Sed contra est* allatae ponderentur, ac, data opportunitate, positiva eruditione ditentur; argumentatio autem *Corporis* attente pensetur atque cum aliorum interdum doctorum sententia conferatur; quam argumentationem, si iuvat, schema nitido conspectu ob oculos ponit. Connexae quaestiones, vel fusiores de mente unius alterius doctoris disputationes, ubi occurrant, articulis sive quaestionibus ad modum appendicis adnectuntur; nisi tanti ponderis digressio sit, ut sibi dissertationis specialis ambitum vindicet. Brevisima synopsis singularum quaestionum doctrinam contrahit. Haec methodus nostra, a qua vix in cursu operis declinabitur ».

Quae promissa haud fallent lectorem. Penitus insipienti apparebit qua perspicuitate ingenii doctrina cuiusvis articuli, apud Angelicum non raro in corpore

quas ad modum Commentarii in *Summam theologicam* Divi Aquinatis habebat in Collegio S. Anselmi de

et objectionibus dispersa, usque ad ultimum punctum recolligatur et dein ordine

lucido, gradatione logica in *Statu questionis* explicetur, imo non raro dilatetur.

Textus non minori arte elucidatur: acumen istud ingenii, quo Angelicus Doctor non raro ordinat et distribuit argumenta, a Cl. Commentatore participatum esse schemata ista graphicè doctrinam ante oculos ponentia, non diffundit probarent.

Ex citatis verbis, sicut ex alio loco prooemii, ubi mentem suam Auctor diserte exposuit, satis apparet non agi hic de exclusivo Aquinatis Commentario, sed de opere *Summae theologicae* utique superstructo, et non solum iuxta praesentis aetatis evolutionem, sed et iuxta antiquorem traditionem monasticam uniuersitate excrescente. Quare hoc opus aptissimum iudicamus ut prae manibus habeatur, ubique studio litterae Aquinatis synthesis sociatur universaliori.

Adde Cl. Auctorem, utpote Benedictinae Familiae sodalem, ex una parte aceritas controversias circa Angelici mentem moveri solitas, extra lites degentem, declinare potius quam agitare; ex altera autem eruditioni tum patristicae, tum modernae libenter indulgere.

Inter digressiones quibus hic primus tomus, tredecim primas quaestiones *Summae* complectens, laudes sibi meretur, satis sit indicare conspectum evolutionis scientiae theologicae, synthesim demonstrationis existentiae Dei; dissertationem dialectico rigore praecipuum de arguento anselmiano; appendices de ontologismo, de traditionalismo, de pantheismo, de dualismo, in quibus via latentia horum systematum plena in luce produntur; de aseitate positiva Dei, ubi strenue et acute disseritur de *Gottesbegriff* Cl. Dris Schell; epilogum syntheticum de attributis divinis, etc., etc.; necnon plures inquisitiones in mentem S. Augustini et S. Bonaventurae, quos pari cultu cum Aquinate et Beccensi Cl. Auctor excolit.

Quae omnia stylo inveniuntur confecta simul scholastico ac eleganti, tum a ieiunitate rudiori, tum a laboriosa concinnitate aequo alieno, ita ut legentis mentem forma defectet, nec haerere sinat.

Haec breviter dicta sufficient, ut indoles pateat ac meritum huius operis, cui singularis typorum venustas non spernendum sane titulum superaddit, ut summo ubique favore excipiatur.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios commentarii VOX URBIS dono datur,  
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administrationem.

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE

E  
IL CANTICO DEL SOLE

DI  
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier viro rei longe peritissimo conscriptam, continentur *laudes latine* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequuntur ad parvam *Bibliotecam Franciscanam* comparandum, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.